perspicio: primi .. magistratus et furto et scelere perspecto; Verr. I, 43. postea ... quam M. Antonii ... scelus ... perspeximus; Phil. VIII, 21.

pertimesco: cum vero scelera consiliorum vestrorum ... pertimescam; leg. agr. I, 25.

pono: ut ... ipse apertum suum scelus ante omnium oculos poneret; Sex. Rosc. 102.

praedico: non perfidiam, non immanitatem, non scelera praedico, Piso 38.

praetermitto: tametsi in ipso fraterno parricidio nullum scelus praetermissum videtur; Cluent. 31.

propulso: ut ab se ... legati populi Romani scelus ac libidinem propulsare possint; Verr. I, 78.

recordor: si nondum scelera volneraque inusta rei publicae voltis recordari; Sest. 17.

renovo: ſ. instauro.

saturo: saturavi .. perfidiam et scelus proditorum; dom. 44.

segrego: ſ. distraho.

sequor: ut quisquam poenam quae sequeretur id scelus scire posset; har. resp. 38.

significo: quid haec immaturitas tanta significat? non vim? non scelus? Quinct. 82.

suscipio: quo quidem scelere suscepto cum manis esset basis; Verr. IV, 78. quae (erat ista) tot scelerum suscipiendorum causa? ib. V, 145. ut *causa* alterius sceleris suscipiendi fuisse videatur; Cael. 56. ille ... ea scelera suscepit, quae Romae iam suscepta arbitrabatur a socio furoris sui; Phil. XI, 2. qui suscipit in se scelus; ib. XI, 9.

tardo: qua gravitate sua cum frequens senatus non nullorum scelus ... tardasset; Sest. 129.

tego: huius ... scelus ... imperatoriis laudibus tegere conaris? Verr. V, 32. ſ. defendo.

teneo: manifesto tenetur avaritia, cupiditas hominis, scelus; Verr. III, 152.

video: quaenam illa in re publica monstra, quae scelera vidistis! Sest. 53.

vindico: ut illa etiam scelera eius in Carbonem et in Dolabellam vindicarentur; Verr. III, 178.

ulciscor: si istius nefarium scelus Lampsaceni ulti vi manuque essent; Verr. I, 68.

voco: scelus tu illud vocas, Tubero? Ligar. 17.

volo: ſ. IV, 1. alqd; Cluent. 188.

2. **Genetiv:** arguo: qui tanti sceleris argueret; Sex. Rosc. 53. non intellegis .. quos homines et qualis viros .. summi sceleris arguas? Rabir. 26.

commonefacio: quam (defensionem) .. nemo est in Sicilia ... quin legat, quin tui sceleris ... ex illa oratione commonefiat; Verr. V, 112.

condemno: L. Flaccum ... nefarii sceleris ac parricidii mortuum condemnabimus? Rabir. 27. C. Marium ... sceleris ac parricidii nefarii mortuum condemnabimus? ib.

damno: homines sceleris coniurationisque damnati ... Triocalino illi domino redditi sunt; Verr. A, 11. ut ab eo servorum sceleris coniurationisque damnatorum vita vel ipso carnifice internuntio redimeretur; ib. 14.

sum: est sceleris, quod religiones maximas violavit; Verr. IV, 88. ut .. omittam cuius tanti sceleris fuerit ... necare hospitem; Deiot. 15.

venit in mentem: non dubito quin ... tuorum tibi scelerum veniat in mentem; Veer. I, 47.

3. **Dativ:** cedo: cum eorum omnium crudelitati scelerique cessissem; dom. 58. cum ego ... furori hominis, sceleri, perfidiae ... cessissem; Sest. 53. cum ... ipsa civitas tuo et Gabinii sceleri furorique cessisset; Piso 26.

constituo: quae (poenae) solae sunt hominum sceleri a dis immortalibus constitutae; har. resp. 39.

debeo: quibus ego confido impendere ... poenam iam diu improbitati, nequitiae, sceleri ... debitam; Catil. II, 11.

obsisto: sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem [tuum], sed fortunam populi Romani obstitisse; Catil. I, 15. nisi eius sceleri virtus M. Bruti obstitisset; Phil. X, 9.

occurro: sed tamen ceteros docuit ante istius avaritiae scelerique occurrere; Verr. V, 24.

oppono: fore, ut ... vitiis omnibus et sceleribus legis Cn. Pompei praesidium opponendum putaretis; leg. agr. II, 25. quid huius ... sceleri poterat opponi? Phil. V, 42.

praebeo: ibi tu indicem Vettium linguam et vocem suam sceleri et menti tuae praebere voluisti; Vatin. 24.

resisto: ut audacium sceleri resistatis; Sex. Rosc. 7. horum ego cotidie ... sceleri resisto; Muren. 80. nullo labore tuo ... impio sceleri restitissem; dom. 91. oportere hominum audacium, eversorum rei publicae sceleri legibus et iudiciis resistere; Sest. 86.

sum: in hoc vos pudore .. et in hac vita tanto sceleri locum fuisse creditis? Sulla 74. non .. se tectis privare voluerunt, sed his stantibus nullum domicilium sceleri suo fore putaverunt; Piso 15.

vendo: illa ... spem illam, quam in alvo ... continebat, ... sceleri Oppianici vendidit; Cluent. 34.

4. **Ablativ:** abstineo: quod te abstinueris nefario scelere; Phil. II, 5. qui si reliquis ... sceleribus [se] abstinere potuisset; ib. XIII, 17.

careo: (iuventus) scelere careat; Cael. 42.

libero: omnes ... scelere .. liberati sumus; Marcell. 13. quoniam scelere a te liberati sunt; Phil. II, 32.

solvo: hunc ille summus vir scelere solutum periculo liberavit; Milo 9. ut scelere solvamur; ib. 31.

sum: Oppianicus, ut erat ... singulari scelere et audacia; Cluent. 23. tu ... tanto scelere tantaque intemperantia fuisti, ut ..; sen 17. erat ... hic tribunus plebis scelere et audacia singulari; dom. 130.

5. **mit Präpositionen:** abhorreo a: „nullum videri contra me consilium iniri posse, quod a tuo scelere abhorreat, non est ferendum"; Catil. I, 18.

abstineo a: abstineant in hoc iudicio manus animosque ab hoc scelere nefario; Verr. a. pr. 36.

accedo ad: qui ad illud scelus sectionis auderet accedere; Phil. II, 64.

adhibeo ad: cum ad suum scelus illud futurumque nefarium quosdam homines improbos duces ... adhibuisset; Verr. IV, 93.

audio de: quo quam minime multi ex illis de istius nefario scelere audire possent; Verr. I, 75. neque umquam illa ita de suo scelere et immanitate audiet, ut naturae nomen amittat; Cluent. 12.

averto a: quas (legiones) ille a C. Antonii scelere avertit; Phil. X, 6.

certo cum: cum scelere (nobis) certandum est; Catil. II, 11.

cognosco in: cuius .. scelus in scelere cognoscite! Phil. II, 56.

coniungo cum: cuius importunam lubidinem et stuprum cum scelere coniunctum ne subornandi quidem mora retardavit; Fr. B. XIII, v, 2.

conqueror de: conquerantur de istorum scelere et iniuriis; Sex. Rosc. 25.

consequor pro: quae (praemia) erant pro scelere ... consecuti; prov. cons. 13.

convinco in: quotiens quisque est in hoc scelere convictus; Sulla 83.

debeo pro: ne nunc quidem recordaris nullum esse tantum malum quod non tibi pro sceleribus tuis iam diu debeatur; Verr. I, 48.

defendo a: quam (vitam) ego summis * ab istorum † periculis scelere insidiisque defendere || cum his ab istorum pergam scelere insidiisque defendere, al. ||; leg. agr. II, 100. ut ... hanc (urbem) ... a perditissimorum civium nefario scelere defendant; Catil. II, 29. cuius (Vestae) castissimas sacerdotes ab hominum amentium furore et scelere defendi; dom. 144.

delitisco sub: qui cum per se rem publicam lacerare non posset, sub alieno scelere delituit; sen. 3.

deprehendo in: quasi esset in aliquo manifesto scelere deprehensus; Verr. V, 11.

dico de: dixi ... nolle me plura de istorum scelere dicere, quam causa postularet; Sex. Rosc. 123. num exspectatis dum L. Metellus ... idem absens de istius scelere ... testimonium dicat? Verr. III, 122. qui cum suppressa voce de scelere P. Lentuli ... dixisset; Sulla 30. velle se de Q. Ligarii scelere dicere; Ligar. 17.

duco a: qui ... commendationem .. ineuntis aetatis ab impietate et scelere duxerit; Deiot. 2.

impello ad: luxuries igitur hominem nimirum ... et indomitae animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt? Sex. Rosc. 39.

iudico de: non posse Apronium condemnari, quin simul de istius scelere atque improbitate iudicaretur; Verr. III, 153.

munio contra: cum me firmissimis opibus contra scelus inimicorum munire ... possem; prov. cons. 41.

nascor a: ab huius .. scelere omnium malorum principium natum reperietis; Phil. II, 50.

promoneo de: reperietis ... nos de istius scelere ... prope iam voce Iovis Optimi Maximi promoneri; har. resp. 10.

quaero de: videsne me ... de tuis propriis sceleribus ex te quaerere? Vatin. 30.

queror de: de tuo isto nefario scelere nihil queror; Verr. II, 111. illud primum queror, de illo scelere, quod nunc denique patefactum est, Fabriciani veneni; Cluent. 189.

revoco a: non te eius lacrimae, non senectus ... ab scelere aliquam ad partem humanitatis revocare potuit? Verr. V, 108. „quae (imago) quidem te a tanto scelere etiam muta revocare debuit"; Catil. III, 10. hoc (foedus) si Marcus violare conabitur, Lucii eum sanctitas a scelere revocabit; Phil. XIII, 4.

sum in: si hic esset in eodem scelere; Sulla 38. vitricum tuum fuisse in tanto scelere fatebare; Phil. II, 18. si potest ulla in scelere esse felicitas; ib. 59.

suspicor de: qui de eius scelere suspicari nihil potuerunt; Sex. Rosc. 117.

testor de: quibus (precibus et votis) etiam deos immortalis de suo scelere testatur; Cluent. 194.

valeo in: in scelere religio non valeret; dom. 139.

venio ad: ut ad maiora istius et inlustriora in hoc genere furta et scelera veniamus; Verr. IV, 97. ut somnia tua relinquam, ad scelera veniam; Vatin. 21.

versor in: mortis ratio .. eius modi est, ut ... si quid habet (suspicionis), id intra parietes in domestico scelere versetur; Cluent. 175.

III. **nach Adjectiven:** 1. adfluens: illa ... domum .. illam in perpetuum scelerum omnium || scelere omni || adfluentem reliquisset; Cluent. 189.

imprudens: hanc ... beluam ... solvit subito lege curiata consul ... imprudens impendentium tantorum scelerum et malorum; Sest. 16.

particeps: cum ... fieri .. particeps invitus alieni sceleris cogeretur; dom. 135.

plenus: consilium ceperunt plenum sceleris et audaciae; Sex. Rosc. 28. nisi quod homo frugalissimus ... te plenum || te hominem plenum || stupri, flagitii, sceleris domum suam invitavit; Verr. II, 110. voltus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, sermo adrogantiae; Muren. 49. at videte quanta sit vis Papiriae legis in re tali, non qualem tu adfers, sceleris plenam et furoris; dom. 130. plenum sceleris consilium; Cael. 51.

2. adfinis: qui (homines) huic adfines sceleri fuerunt; Sulla 70.

propior: quae sceleri propiora sunt quam religioni; Verr. IV, 112. ∫. II, 1. edo; Sest. 58.

3. contentus: non enim potest ea natura ... hoc uno scelere esse contenta; Verr. I, 40. si contentus sit eis sceleribus, quae commisit; har. resp. 7.

dignus: quae (verba) scelere istius digna sint; Verr. V, 159. quod is ... poenam nullam suo dignam scelere suscepit; imp. Pomp. 7. horribilis custodias circumdat et dignas scelere hominum perditorum; Catil. IV, 8.

praeditus: ut homo singulari cupiditate, audacia, scelere praeditus ... me agente in iudicium vocaretur; div. Caec. 6.

4. geminus in: ∫. IV, 2. par in.

vacuus a: hora nulla vacua a furto, scelere ... reperietur; Verr. I, 34.

IV. **nach Substantiven:** 1. **Genetiv:** alqd: quicquid maleficii, sceleris, caedis erit; Sex. Rosc. 122. nihil est .. mali, nihil sceleris quod illa non ... filio voluerit, optaverit cogitaverit, effecerit; Cluent. 188. nedum isti ... coloni ... non statim conquisituri || concepturi || sint aliquid sceleris et flagitii; leg. agr. II, 97. quid .. mali aut sceleris fingi aut cogitari potest, quod non ille conceperit? Catil. II, 7. ego ... tantum esse in homine sceleris ... numquam putavi; Sest. 22. quod tantum rei publicae sceleris impendere a consulibus proximis non suspicabar; prov. cons. 42. quo (consule) sceleris nihil facere posset; Milo 32. non potest dici satis, ... quantum in illo sceleris ... fuerit; ib. 78. si nihil tui cogitant sceleris; Marcell. 21. vel quod de nullo alio [quisquam], vel quod is, qui in eadem causa fuisset, vel quidnam novi [sceleris] adferret; Ligar. 17. ∫. I, 1. oritur.

acervi: quas vos in his libidines, ... quantos acervos scelerum reperietis! Sulla 76.

adiutor: caverat .. sibi ille sororius adulter, ut ... omnium suorum scelerum socium te adiutoremque praeberes; Piso 28.

adiutrix: tua te altera patria ... Messana circumvenit; tua, inquam, Messana, tuorum adiutrix scelerum; Verr. IV, 17. hanc sibi iste urbem delegerat, quam haberet adiutricem scelerum; ib. V, 160.

architectus: et ei ... ipsum principem atque architectum sceleris absolverent? Cluent. 60.

argumentum: mihi ... illa certissima visa sunt argumenta atque indicia sceleris; Catil. III, 13.

atrocitas: possum dicere mores M. Caelii longissime a tanti sceleris atrocitate esse diunctos; Cael. 53.

auctor: „tune ... auctorem sceleris ... exire patiere?“ Catil. I, 27. dixeritne L. Vettius ... sese auctores et impulsores et socios habuisse sceleris illius eos viros ..? Vatin. 24.

caligo: perturbatio istum mentis et quaedam scelerum offusa caligo et ardentes furiarum faces excitaverunt; Fr. A. V, 3.

causa: neque odii causam patri neque sceleris filio fuisse; Sex. Rosc. 41. ut ... propter eam causam sceleris istius evenire (incommoda) videantur; ib. IV, 113. duae sunt huius obscuritatis causae: .. una pudoris, ... altera sceleris; leg. agr. II, 36. haec causa est omnium horum scelerum; Cael. 61.

comes: furor .. quidam, sceleris et audaciae comes, istius .. animum ... oppressit amentia; Verr. V, 139.

commemoratio: commemoratio illius tui sceleris intermissa est, non memoria deleta; Phil. II, 51.

conluvio: quod ille nefarius, ex omnium scelerum conluvione natus, parum se foedus violaturum arbitratus est, nisi ..; Sest. 15.

conscientia: cum eius animum ad persequendum non neglegentia tardaret, sed conscientia sceleris avaritiaeque suae refrenaret; Verr. III, 130. conscientia sceleris et furore ex maleficiis concepto excitatus dixit ..; ib. V, 73. „Fabriciis propter conscientiam mei sceleris condemnatis me esse condemnatum sentiebam“; Cluent. 81. cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum et iam diu tibi debitum; Catil. I, 17. utrum tu, conscientia oppressus scelerum tuorum, nihil umquam ausus sis scribere ad eum ordinem ..; Piso 39. horum (ducum) alterum sic fuisse infrenatum conscientia scelerum et fraudium suarum, ut ..; ib. 44. quae propter conscientiam scelerum desperatio vitae! Phil. II, 88.

conscius: quem conscium tanti sceleris haberet; Deiot. 21.

consensio: si .. ad humanos casus ... sceleris etiam accedit insidiarumque consensio; Marcell. 23.

contagio: latius patet illius sceleris contagio, quam quisquam putat; ad pluris pertinet; Muren. 78. in hoc crimine non solum levitatis culpa est, verum etiam quaedam contagio sceleris, si ..; Sulla 6.

crimen: et vos non videtis fingi sceleris maximi crimen, ut ..? Cael. 56. cur non ipsius confessione ... tanti sceleris crimen expresserint; ib. 66. sceleris .. crimine ... liceat Cn. Pompeio mortuo, liceat multis aliis carere; Ligar. 18.

cursus: si L. Catilina ... subito ... ex hoc cursu sceleris ac belli iter ad fugam ... converterit; Catil. II, 14.

detestatio: cum pro detestatione tot scelerum unam aram nefarie consecraret; dom. 140.

documentum: sed homo omnium scelerum ... documentum, quod in Gabinio fateris, ... id in me infirmas? dom. 126.

exercitatio: atque idem tamen, stuprorum et scelerum exercitatione adsuefactus, ... fortis ab istis praedicabatur; Catil. II, 9.

exstinctor: ut apud posteros nostros non exstinctor coniurationis et sceleris, sed auctor et dux fuisse videar; dom. 101.

facinora: si eius omnia sunt inaudita et singularia facinora sceleris; Verr. V, 189

faces: qui (speculator) semper ex rei publicae malis sceleris sui faces inflammaret; dom. 18.

foedus: tu, Iuppiter, ... homines bonorum inimicos, ... scelerum foedere inter se ... coniunctos, aeternis suppliciis ... mactabis; Catil. I, 33. nemo ... oppressus aere alieno fuit quem non ad hoc incredibile sceleris foedus asciverit; ib. II, 8.

fons: suo tempore totius huius sceleris fons aperietur; Phil. XIV, 15.

Furiae: ab dis manibus innocentium Poenas scelerumque Furias in tuum iudicium esse venturas; Verr. V, 113.

furor: quorum sceleris furore violatus essem; Sest. 14.

genus: quaero abs te, ... quod genus ... sceleris in eo magistratu praetermiseris? Vatin. 13. cognoscis ex particula parva scelerum et crudelitatis tuae genus universum; Piso 85.

immanitas: quae potest esse in tanti sceleris immanitate punienda crudelitas? Catil. IV, 11.

importunitas: ex multis ... perditorum hominum vitiis repente ista tanta importunitas inauditi sceleris exarsit; Sulla 75.

impulsores: ſ. auctor.

impunitas: quem ad modum discessu meo frugum inopia, fames, vastitas, caedes, incendia, rapinae, scelerum impunitas, fuga, formido, discordia fuisset; dom. 17.

index: si etiam basim, tamquam indicem sui sceleris, sustulisset; Verr. IV, 79.

indicium: nullum esse dico indicium lidinis, sceleris; Verr. III, 5. tu indicium sceleris ... in iudicium adferas? Cluent. 186. hanc .. in Palatio ... porticum esse patiemini, ... sceleris consularis ... defixum indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam? dom. 103. haec (Mater magna) .. vobis ... scelerum indicia ostendit; har. resp. 24. quae vetustas tollet operum circum Mutinam taetra monimenta, sceleris indicia latrociniique vestigia? Phil. XII, 12. ſ. argumentum.

infamia: illi ... acerbissimi sceleris infamiam grato quodam scelere minuissent; Sest. 82.

inimicus: non modo si (Caelius) socius [coniurationis], sed nisi inimicus istius sceleris fuisset ..; Cael. 15.

instar: latere mortis erat instar turpissimae, cum Saturnino esse furoris et sceleris; Rabir. 24.

interdictum: illam (legem) esse nullam atque esse potius flammam temporis, interdictum sceleris; dom. 69.

labes: ne hanc labem tanti sceleris in familia relinquat; Sulla 88. cum scires, quantum ad facinus aurum hoc quaereretur, ... ad L. Luccei ... labem sceleris sempiternum; Cael. 52.

luctus: quisquis erat, qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, ... damnabatur; Sest. 68.

machinator: horum omnium scelerum improbissimum machinatorem Cimbrum Gabinium statim ad me ... vocavi; Catil. III, 6.

macula: cuius sanguine ... totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est; Font. 41. quid? homini ... omnium scelerum libidinumque maculis notatissimo, L. Pisoni, nonne nominatim populos liberos ... tradidisti? dom. 23.

magnitudo: quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea; Catil. III, 4. quae tum propter magnitudinem scelerum non nullis incredibilia videbantur; ib. 21. scelerum magnitudo ... hanc tertiam decuriam excogitavit; Phil. V, 15.

maleficium: quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videtur? Sex. Rosc. 30.

maturitas: omnium scelerum ac veteris furoris et audaciae maturitas in nostri consulatus tempus erupit; Catil. I, 31.

ministri: ministros .. scelerum tuorum perterritos ... diffugisse; dom. 6.

monumentum: ut illud in curia positum monumentum scelerum, non beneficiorum videretur; Verr. IV, 139. monumentum sceleris audaciaeque suae voluit esse in conspectu Italiae; ib. V, 170. sin mea domus ... monumentum praebet inimico doloris mei, sceleris sui; dom. 100.

nuntius: ut iste tuus cliens, sceleris tui nuntius, T. Roscio Capitoni potissimum nuntiaret; Sex. Rosc. 96. non ... in curru conlocat ... sui sceleris acerbissimi nefariaeque victoriae nuntium? ib. 98.

pactio: in qua provincia ... nefarias cum multis scelerum pactiones societatesque conflavit; har. resp. 42. cum .. omnium tuorum scelerum haec pactio exstiterit, ut ..; Piso 57.

particula: ſ. genus; Piso 85.

perfugium: ut perfugium scelerum esset [cum] turpissimis rei publicae sordibus; Phil. XIII, 37.

pestis: neque est ille vir passus in .. re publica ... diutius vestrorum scelerum pestem morari; Piso 27.

poena: quorum scelerum poenis agitatur; Verr. I, 6. ut ... ne improbus quidem quisquam ... poenam sui sceleris sufferat; Catil. II, 28. vincula .. et ea sempiterna certe ad singularem poenam nefarii sceleris inventa sunt; ib. IV, 7. quam (vitam) si eripuisset, ... omnis scelerum poenas ademisset; ib. 8. quae te tanta poena tuorum scelerum flagitiorumque vexet, ut ..; dom. 3. non in eo, cui facta est iniuria, sed in eis, qui fecerunt, sceleris et conscientiae || sceleris conscientia || poena remansit; Piso 95. quamquam illa non poena, sed prohibitio sceleris fuit; Fr. C, 5.

praecepta: ab hoc Dolabellae scelerum praecepta sunt tradita; Phil. XI, 6.

praemium: qui ... quasi eximio praemio sceleris exposito cupidissime contenderet; Quinct. 74. terret etiam nos ac minatur, tribus praediis, hoc est praemiis sceleris, ornatur; Sex. Rosc. 117.

principes: principibus sceleris poena adfectis; Phil. I, 30. ſ. architectus.

prohibitio: ſ. poena; Fr. C, 5.

promissio: scelerum .. promissio et eis, qui exspectant, perniciosa est et eis, qui promittunt; Phil. VIII, 10.

quaestio: ne ... eius .. sceleris in te ipsum quaestio flagitaretur; Vatin. 26.

ratio: ut illius tui sceleris rationem occultare non posses; dom. 21.

recordatio: qui tandem istius animus est nunc in recordatione scelerum suorum? Verr. IV, 100.

res: rem tanti sceleris ignotis alienisque servis non esse credendam; Cael. 53.

sacrarium: cui (aquilae) domi tuae sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit; Catil. I, 24. cui (aquilae) ille etiam sacrarium [scelerum] domi suae fecerat; ib. II, 13.

satellites: eis (cohortibus L. Piso) praeposuit quos putavit fore diligentissimos satellites scelerum, ministros cupiditatum suarum; prov. cons. 5.

societas: si nullum iam ante consilium ... inieras nullamque societatem neque sceleris neque praemii cum homine ullo coieras; Sex. Rosc. 96. (nuptiae) erant .. non matrimonii dignitate, sed sceleris societate coniunctae; Cluent. 36. quae tanta societas ullis inter se rerum optimarum, quanta ei cum illis sceleris? Sulla 16. si tum se cum Catilina societate sceleris coniunxerat; ib. 52. ſ. pactio; har. resp. 42.

socius: dico ... convenisse eodem compluris eiusdem amentiae scelerisque socios; Catil. I, 8. cum (Catilina) sceleris sui socios ... Romae reliquisset; ib. III, 3. accusare (Propertium) alienae dominationis scelerisque socius ... non est ausus; dom. 49. qui ... consules, sceleris sui socios, ... exercitu armavit; har. resp. 58. conlegam et scelerum socium omnium hostem iudicavistis; Phil. XIII, 5. ſ. adiutor. auctor; Vatin. 24.

suspicio: ut ab se sceleris illius suspicio demoveretur; Verr. IV, 100. se ... ex suspicione tanti sceleris ... vindicavit; Sulla 59.

tela: me ... absentem .. Cn. Pompeio ... de corpore rei publicae tuorum scelerum tela revellente revocarant; Piso 25.

testis: statuit ... nauarchos omnis, testis sui sceleris, vita esse privandos; Verr. V, 103. nunc ... sceleris ... (se) testem fore; ib. 113. quamquam illi sunt mortui sceleris tui testes; ib. 121. post illam .. fugam et sceleris et conscientiae testem numquam inermem se inimicis committere ausus est; Cluent. 25. quasi non omnes eius sceleris testes essent futuri; ib. 187. neque commisisset, ut signum, ut litterae suae testes manifesti sceleris deprehenderentur; Catil. III, 17. tunc etiam ... ausus es meum discessum illum, testem sceleris et crudelitatis tuae, *in* maledicti ... loco ponere? Piso 31.

venia: cui non ... maximorum scelerum venia ulla [ad ignoscendum] dari possit; Piso 98.

vestigia: tamen exstent oportet expressa sceleris vestigia; Sex. Rosc. 62. haec tu ... M. Bruti sceleris vestigia quam monumenta maiorum sapientiae sequi maluisti; leg. agr. II, 98. qui expiandum forum populi Romani ab illis nefarii sceleris vestigiis esse dico; Rabir. 11.

vindex: quem (carcerem) vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt; Catil. II, 27.

vis: nisi ... tanta vis sceleris fuisset; Verr. I, 81. deos ... huic .. populo ... contra tantam vim sceleris praesentis auxilium esse laturos; Catil. II, 19. ita eum ... propter vim sceleris manifesti atque deprehensi impudentia ... improbitasque defecit; ib. III, 11. quem .. virum si nulla vis repentini sceleris sustulisset; Cael. 60.

ultor: at quod erat tempus? clarissimus et fortissimus consul, inimicus Clodio [P. Lentulus], ultor sceleris illius; Milo 39. tormentis etiam dedendi fuerunt conservatores domini, ultores sceleris; ib. 58. vos ... tanti sceleris ultorem ... ad supplicium rapi patiemini? ib. 80.

vox: si illa lex est ac non vox sceleris et crudelitatis tuae; dom. 128.

2. **mit Präpositionen:** iudicia de: gravia iudicia ... multa de coniuratorum scelere fecistis; Flacc. 94.

par in: ecce tibi geminum in scelere par, invisitatum, inauditum, ferum, barbarum! Phil. XI, 2

V. **Umstand:** 1. **Ablativ:** abalienari: in quo ... abalienati scelere istius a nobis omnes reges amicissimi nationesque; Verr. IV, 60.

adligare: metuit homo ... sapiens ne Flaccus nunc se scelere adliget; Flacc. 41.

adsequi: quod antea ipsi scelere et ferro adsequi consueverant || consueverunt || ; Sex. Rosc. 8.

astringi: tanto scelere astrictis hominibus statuerunt nihil a se adiumenti ... ferri oportere; Sulla 82. quis fuit qui non ... se .., si eum audiret, scelere astringi arbitraretur; Sest. 108. (provincia) magno scelere se astringeret; Phil. IV, 9.

auferre: nunc ex urbe sociorum praetor eius-

dem populi turpissimus ... eosdem deos nefario scelere auferebat; Verr. IV, 77.

caecus: quam (matrem) caecam crudelitate et scelere ferri videtis; Cluent. 199.

concitari: quod si aliquando alicuius furore et scelere concitata manus ista plus valuerit quam ..; Catil. IV, 20.

confici: omnibus malis ... scelere consulum rem publicam esse confectam; Sest. 53.

conflari: in hac causa iniuriam novo scelere conflatam putant oportere defendi; Sex. Rosc. 1. cum exercitus perditorum civium claudestino scelere conflatus ... exitium patriae comparasset; Sulla 33. utile est, quorum id scelere conflatum sit me occultare et tacere; dom. 30.

coniungi: repente est exorta mulieris ... libido non solum dedecore, verum etiam scelere coniuncta; Cluent. 12.

contaminari: si retines quemquam sciens in senatu scelere tanto contaminatum; Cluent. 129. securis suas cruentari scelere noluit; nomen quidem populi Romani tanto scelere contaminavit, ut ..; har. resp. 35 homini sceleribus flagitiisque contaminatissimo nihil esse credendum; prov. cons. 14.

cooperiri: si qui istum tot, tantis, tam nefariis sceleribus coopertum iurati sententia sua liberarint; Verr. I, 9. hos .. omni scelere coopertos tolerabilis censes civitati fore? Phil. XII, 15.

cruentari: ſ. contaminari; har. resp. 35.

cumulare: ſ. II, 1. cumulo.

curo: hunc tu civem ... consulum scelere ... domo et patria ... cedere curasti? dom. 5.

damnari: quo scelere damnatus in eam urbem rediit armis, ex qua excesserat legibus; Phil. XIII, 27.

demens: ille subito scelere demens quanta conscientiae vis esset ostendit; Catil. III, 11.

devincire: qui si sensit quo scelere se devinxerit, non dubito quin sit miserrimus; har. resp. 5. (Clodia) eodem se conscientiae scelere devinxit; Cael. 52.

esse: quando .. obliviscetur ulla posteritas cuius scelere in hac vestitus foeditate fuerimus? Phil. XII, 12.

everti: non est passus ille vir ... rem publicam everti scelere paucorum; Sest. 67.

expellere: idem .. tu cum ... scelere .. atque audacia tua M. Bibulum foro ... expulisses; Vatin. 22.

exsistere: si civitati universae scelere eius, qui ludos ad luctum conferre voluit, exstiterunt dies illi pro festis paene funesti; har. resp. 23.

exulcerari: ille tot suspicionibus certorum hominum et scelere exulceratus; dom. 28.

foedare: quoniam togatum domestici belli exstinctorem nefario scelere foedasset; har. resp. 49.

furiosus: itane tandem mulier iam non morbo, sed scelere furiosa ... in filii caput quaestionem habere conata es? Cluent. 182.

habere: rem publicam scelere Antonii nullam haberemus; Phil. III, 5.

imbui: quod si nondum satis cernitis ... Milonem, nullo scelere imbutum, ... Romam revertisse; Milo 61. cum .. semel gladium scelere imbuisset; Phil. V, 20.

inflammari: procedit iste repente e praetorio, inflammatus scelere; Verr. V, 106. ipse (Verres) inflammatus scelere .. in forum venit; ib. 161. quos maximo furore et scelere esse inflammatos sciebam; Catil. III, 4. neque iracundia magis ulla laudanda est quam mea inflammata eorum scelere, qui ..; Sest. 4.

iungere: qui se tecum omni scelere parricidioque iunxerunt; Catil. I, 33.

licere: qui (L. Lentulus) si tum illam labem pestemque vicisset, quod ei tuo scelere non licuit; Vatin. 25.

maculare: cuius ille lacus, nemora finisque saepe omni nefario stupro et scelere macularat; Milo 85.

minuere: illi ... acerbissimi sceleris infamiam grato quodam scelere minuissent; Sest. 82.

munire: aditum sibi aliis sceleribus ante munivit; Cluent. 31.

notari: hominis .. scelere et furore notato similis a re publica labes in posterum demovebatur; dom. 68. cum tantis sceleribus esses et flagitiis notatus; ib. 72.

nudare: cuius duo fana ... simili scelere idem iste omnibus .. ornamentis .. nudavit; Verr. V, 184.

obligari: cum ... populum Romanum scelere obligasses; dom. 20. quo minus castissimos ludos omni .. scelere obligares; har. resp. 27.

obstringere: qui se tot sceleribus obstrinxerit; Verr. I, 8. qui nunc tanto scelere se obstrictum esse non sentiat; ib. IV, 71. qui tanto se scelere obstrinxerunt; ib. V, 179. quis fuit ... qui illum incesto liberatum, non eos, qui ita iudicarint, pari scelere obstrictos arbitraretur? Piso 95.

par: scelere par est illi; Phil. IV, 15.

perdere: cum omnia sua commoda, iura, beneficia senatus populique Romani unius scelere ac libidine perdidissent; Verr. II, 9. quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit nisi aut egestate aut scelere perditus; dom. 116. quod iam ... non per homines egestate et scelere perditos, sed per vos nobis ... periculum inferre conantur; Sest. 2.

pervetere: occulta ... sacra inexpiabili scelere pervertit; har. resp. 57.

polluere: cum omnia divina atque humana iura scelere nefario polluisset; Sex. Rosc. 65. qui sunt ludi minus diligenter facti? quando aut quo scelere polluti? har. resp. 21. respondebis ... nihil cuiusquam aut neglegentia contemptum aut scelere esse pollutum; ib. quam (vim) ille omni scelere polluerat; Milo 85. qui omnia ... iura novo, inaudito, inexpiabili scelere polluerit; Phil. XI, 29.

praeceps: si iste ... scelere praeceps neque .. caerimonias persequi neque verbum ullum sollemne potuit effari; dom. 141.

privare: eas (urbis) C. Verres ... illis ornamentis ... nefario scelere privavit; Verr. V, 124.

refricare: sic tuis sceleribus rei publicae praeterita fata refricabis? Piso 82.

sceleratus: ausus es scribere ... sceleratum Trebonium? quo scelere, nisi quod ..? Phil. XIII, 22.

servire: servire temporibus suorum omnium pecunia, gratia, labore corporis, scelere etiam ... et audacia; Cael. 13.

superare: facile ipsum magistrum scelere audaciaque superavit; Sex. Rosc. 17. qui omnis hostis scelere superavit; Phil. XIV, 6.

temptari: quae (domus) temptata esse scelere isto nefario dicitur; Cael. 55.

tollere: audistis nuper dicere legatos Tyndaritanos, ... Mercurium ... huius vi, scelere imperioque esse sublatum; Verr. IV, 84. (Sthenium) totum .. tua libidine et scelere ex sua patria ... sustulisti; ib. V, 128.

versari: cuius aures umquam haec respuerunt conatum esse audacter hominem a pueritia ... intemperantia et scelere ... in omni ... caede versatum? Sulla 70.

vexare: P. Clodius cum statuisset omni scelere ... vexare rem publicam; Milo 24.

vincere: qui ... scelere barbaros ... vicerit; Verr. IV, 112. id agit, ut semper superius suum

facinus novo scelere vincat; ib. V, 116. quorum scelere crudelitatem Karthaginiensium victam esse fateatur; Phil. XIV, 9.

violare: ut ne religionem quidem colere possint, nisi eam ipsam prius scelere violarint; Font. 31. cum (praedo) divinum numen scelere violatum placare precibus cogeretur; dom. 140. illos (deos) eo scelere violavit, quo nemo antea; har. resp. 5. quod (sacrificium) post Romam conditam huius unius casti tutoris religionum scelere violatum est; ib. 12. qui ... duas res sanctissimas, religionem et pudicitiam, uno scelere violasset; prov. cons. 24. dexterae ... sunt perfidia et scelere violatae; Phil. XI, 5.

2. **Präpositionen:** ab: ab eodem scelere illae triennio post habitae Larini quaestiones; Cluent. 191.

ad: complecti vis amplissimos viros ad tuum et Gabinii scelus; Piso 75.

cum: quemquam horum esse putas qui non malit te sine vituperatione quam cum scelere discedere? div. Caec. 60.

in: in quo scelere .. etiam cum multae causae convenisse unum in locum atque inter se congruere videntur; Sex. Rosc. 62. cum in avaritia, scelere, periurio vos sui similis esse arbitretur; Verr. a. pr. 42. statuit .. nihil sibi in ... tanto scelere matris gravius esse faciendum; Cluent. 16. hunc ego hominem ... tam in scelere vigilantem ... nisi ex domesticis insidiis in castrense latrocinium compulissem ..; Catil. III, 17. vereamini, .. ne in hoc scelere tam immani ac nefando nimis aliquid severe statuisse videamini; ib. IV, 13. in tanto scelere ... ne audaciae quidem locum ad timorem comprimendum fuisse; dom. 140. quam (deam) iste idcirco Bonam dicit, quod in tanto sibi scelere ignoverit; har. resp. 37. qui ... in tot tantisque sceleribus conivebant; ib. 52. cur interdum in hominum sceleribus conivetis aut praesentis fraudis poenas in diem reservatis? Cael. 59. in utriusque pari scelere disparem condicionem facit; prov. cons. 17.

per: qui tum et poterant per vim et scelus plurimum et, quod poterant, id audebant; Quinct. 69. quod adeptus est per scelus; Sex. Rqsc. 6. quae ex fanis religiosissimis per scelus et latrocinium abstulisti; Verr. I, 57. quae ab sociis per scelus ablata ereptaque essent; ib. 59. cuius iste donum regale ... per nefarium scelus de manibus regiis extorsit; ib. V, 184. domo per scelus erepta ... carere ... non possum; dom. 146. quod Pessinuntem per scelus a te violatum ... recuperavit; har. resp. 29. exercitu L. Luculli sollicitato per nefandum scelus fugit illim; ib. 42. mors quidem inlata per scelus isdem et poenis teneatur et legibus; Milo 17.

post: quem post nefarium scelus consulum superiorum tot vides iudiciis senatus ... honestatum; dom. 82.

pro: quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras; dom. 21.

propter: cum circumsessus a tam inlustri civitate sis propter tuum scelus; Verr. I, 82. in quo (odio tui) etsi omnis propter tuum in me scelus superare debeo; Vatin. 1. quod si ille ... Gabinium et Pisonem ... propter illud insigne scelus eorum ... sententia sua ... esse notandos putavit; prov. cons. 2. ut .. propter unius M. Manlii scelus ... neminem patricium Manlium Marcum vocari licet; Phil. I, 32. cuius propter nefanda scelera tolerabilis fuisse videtur Catilina; ib. XIII, 22.

sine: at sine summo scelere P. Quinctium ... iugulare non potes; Quinct. 44. quod sine multorum scelere fieri non potest; Verr. V, 173. de quo (pelicatu) ne queri quidem se sine scelere posse arbitraretur; Cluent. 13. arma sumpta esse contra Saturninum sine scelere non possunt; Rabir. 19. neque me arbitrabar sine summo scelere posse ... defendere; Sulla 19. te ne recte quidem facere sine scelere potuisse; Vatin. 27. neque enim id ... sine scelere facere possum; Phil. IV, 16. horam eximere ullam in tali cive liberando sine scelere non possumus; ib. VI, 7.

scena, Bühne, Schauplatz: I. adversatur: tibi ... nihil huius istam ... argenteam scenam adversatam putas? Muren. 40.

II, 1. habeo: nos quoque habuimus scenam competitricem; Muren. 40.

inrideo: quam (scenam argenteam) inrides; Muren. 40.

2. praepono: quid magis inquinatum ... dici potest quam omne servitium permissu magistratus liberatum in alteram scenam immissum, alteri praepositum? har. resp. 25.

3. adfero in: quod studium et quem favorem secum in scenam attulit Panurgus! Qu. Rosc. 29.

explodo e: qui postea quam e scena non modo sibilis, sed etiam convicio explodebatur; Qu. Rosc. 30.

immitto, inrumpo in: vis .. innumerabilis ... servorum ab hoc aedile religioso repente *e* fornicibus ostiisque omnibus in scenam signo dato immissa inrupit; har. resp. 22. §. 2.

perfero ad: recenti nuntio de illo senatus consulto ... ad ludos scenamque perlato; Sest. 120.

venio in: si examen apium ludis in scenam caveamque venisset, haruspices acciendos ex Etruria putaremus; har. resp. 25.

video in: nolite .. ita putare, ... ut in scena videtis, homines consceleratos impulsu deorum terreri furialibus taedis! Piso 46.

III. dignus: qui ita dignissimus est scena propter artificium, ut dignissimus sit curia propter abstinentiam; Qu. Rosc. 17.

IV. magnificentia: noli ludorum huius elegantiam et scenae magnificentiam valde contemnere; Muren. 38.

V. in: ut solus dignus videatur esse qui in scena spectetur; Quinct. 78. cuius personam praeclare Roscius in scena tractare consuevit; Qu. Rosc. 20. nemo (est) in scena levior et nequior qui ..; Catil. II, 9. quod ... consessu maximo summus artifex et ... semper partium in re publica tam quam in scena optimarum ... egit ... meam causam; Sest. 120. omitto illa, quae si minus in scena sunt, at certe, cum sunt prolata, laudantur; Planc. 29.

scenicus, zur Bühne gehörig, Schauspieler: I. artifex: Reginos credo ... aut Tarentinos, quod scenicis artificibus largiri solebant, id huic ... noluisse! Arch. 10.

II, 1. corollarium: qui nummulis corrogatis de nepotum bonis ac de scenicorum corollariis ... in secundum ordinem civitatis se venisse dicunt; Verr. III, 184.

2. ius in: quod dicitur Atinae factum a iuventute vetere quodam in scenicos iure maximeque oppidano; Planc. 30.

sceptrum, Scepter: ut (Ptolemaeus) sedens cum purpura et sceptro et illis insignibus regiis praeconi publico subiceretur; Sest. 57.

schola, Lehrvortrag, Schule: I. sunt: ubi sunt vestrae scholae? Piso 65.

II. produco ex: confer te nunc, Epicure noster,

ex hara producte, non ex schola, confer ... absentiam tuam cum mea! Piso 37.

relinquo in: illud unum derectum iter ad laudem cum labore qui probaverunt, prope soli iam in scholis sunt relicti; Cael. 41.

verto ad: vertes te ad alteram scholam! Piso 60.

III. ex: ut es homo factus ad persuadendum, concinnus, [perfectus], politus ex schola; Piso 59.

sciens, wissentlich (vgl. **scio,** I): alqs: cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint; Quinct. 51. aperte ludificari et calumniari sciens non videatur ||videtur || ; Sex. Rosc. 55. certe nihil sciens praetermisi; Verr. V, 25. quis .. hoc homine scientior umquam aut fuit aut esse debuit? imp. Pomp. 28. si .. retines quemquam sciens in senatu scelere tanto contaminatum; Cluent. 129. qui nihil viderat sciens quod nefas esset; dom. 105. utrum (Pompeium) .. inscientem voltis contra foedera fecisse an scientem? si scientem, — o nomen ..! Balb. 13. hunc quisquam ... foedera scientem neglexisse, violasse, rupisse dicere audebit? ib. plane confiteor fieri nihil posse dementius quam scientem in eum locum venire, ubi libertatem sis perditurus; Rab. Post. 24. ut nulla ... cupiditate ... sciens tamquam ad interitum ruerem voluntarium; Marcell. 14.

mulier: si verum tibi Caelius dixit, o immoderata mulier, sciens tu aurum ad facinus dedisti; Cael. 53.

vir: ut (vir improbus), cum sciens perperam iudicarit, testem tamen aut tabulas secutus esse videatur; Caecin. 71. quis .. ante te sacra illa vir sciens viderat? har. resp. 38.

scientia, Wissen, Kenntniß: I. commendat: cum eum ... nulla res commendaret, non vis consilii, non scientia rei militaris; sen. 13.

constat: quae (scientia) tota ex rebus fictis ... constaret, gratiae vero multo etiam inanior est; Muren. 28.

delectat: delectat enim me hominis gravitas, scientia iuris; Verr. I, 106.

est: scientiam quid agatur ... omnium puto esse oportere; Verr. a. pr. 54. in quo (imperatore) sit eximia belli scientia; imp. Pomp. 49. cuius scientiam de omnibus constat fuisse; Sulla 39. singularem quandam laudem eius || eius et || praestabilem esse scientiam in || in interpretandis || foederibus ..; Balb. 15. quorum in huius delicto .. scientia certissima ... esse debuerit; Flacc. 46. §. constat.

inest: in summo imperatore quattuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem; imp. Pomp. 28.

nascitur: ut ex iure civili non scientia solum quaedam, verum etiam bonitas nata videatur; Caecin 78.

prodest: §. II, 4. elaboro in.

II, 1. consequor: quam (scientiam) si omnes consecuti sunt, certe peritiores vetustas facit; dom. 117.

fugio: quae (res) huius viri scientiam fugere possit; imp. Pomp. 28.

habeo: in quo habes scientiam quaestuosam; Phil. II, 8.

imploro: vestram .. scientiam implorarem, Flacc. 38.

osculor: quoniam mihi videris istam scientiam iuris tamquam filiolam osculari tuam; Muren. 23.

quaero: sin autem scientia est quaesita; dom. 118.

requiro: virtus ... in candidato, non linguae volubilitas, non ars, non scientia requiri solet; Planc. 62.

sileo: nec vero silebitur admirabilis quaedam ... eius in legibus interpretandis, aequitate explicanda scientia; Phil. IX, 10.

2. satisfacio: etsi nullo modo poterit oratio mea satis facere vestrae scientiae; Phil. II, 57.

3. opus est: opus erat .. scientia; dom. 117.

4. dico de: dixi a principio nihil me de scientia vestra ... dicturum; dom. 138.

elaboro in: magna laus et grata hominibus unum hominem elaborare in ea scientia, quae sit multis profutura; Muren. 19.

erudio ad: non litteris homines ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis ac victoriis eruditos; Font. 43. cuius adulescentia ad scientiam rei militaris ... triumphis est erudita; imp. Pomp. 28.

sum in: dignitas in tam tenui scientia non potest esse; Muren. 25. dignitas in ista scientia consularis numquam fuit; ib. 28.

III. contentus: ipse sua scientia ad ignominiam alterius contentus non fuit; Cluent. 134.

IV, 1. constitui: est tuum ... retinere ... consulem ... fortuna constitutum ad amplexandum otium, scientia ad bellum gerendum; Muren. 83.

constringi: constrictam iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides? Catil. I, 1.

eniti: ut vigilandum sit eis ... enitendumque omni scientia ac diligentia, ut ..; Sest. 99.

persequi: quos sciebam memoria, scientia, celeritate scribendi facillime quae dicerentur persequi posse; Sulla 42.

precari: ut deos immortalis scientia peregrina et externa, mente domestica et civili precaretur; Balb. 55.

teneri: §. constringi.

2. ex: quae si omnia e Ti. Coruncanii scientia ... acta esse constarent; dom. 139.

scilicet, natürlich, freilich: I. adfero: scilicet tibi graviorem dolorem patrui [tui] mors attulit quam C. Graccho fratris? Rabir. 14.

commendo: ignotum hominem scilicet pluribus verbis commendo; Qu. Rosc. 18.

conor: iste || is || scilicet vir optimus et singulari fide praeditus in suo iudicio tabulis suis uti conatur; Qu. Rosc. 1.

corrigo: corrigeres haec scilicet tu postea; Quinct. 83.

decipio: scilicet verba dedimus, decepimus; Phil. XIII, 33.

defendo: scilicet defendam Decianum; Flacc. 81.

desidero: vim scilicet ego desideravi; Sest. 127.

do: §. decipio.

excogito: scilicet homo sapiens excogitavi quam ob rem viderer ..; Planc. 72.

facio: non facies fidem scilicet, cum haec disputabis; Piso 59.

fallo: me scilicet maxime, sed proxime illum quoque fefellissem; Rab. Post. 33.

immitto: si non putas cautum, scilicet tu ... quos voles immittes? Verr. I, 142.

iubeo: praetor scilicet iussisset; Quinct. 82.

largior: largitus est scilicet homo liberalis et dissolutus et bonitate adfluens Fannius Roscio? Qu. Rosc. 27.

metuo: hic scilicet est metuendum ne ad exitum defensionis tuae vetus illa Antoniana ... auctoritas proferatur; Verr. V, 32. cur .. eos (servos) manu misit? metuebat scilicet ne indicaretur; Milo 57.

mitto: scilicet legatos ad eum misimus, non ut pareret ... huic ordini, sed ut condiciones ferret ..; Phil. VII, 2.

necesse est: respondit id, quod necesse erat

[scilicet], dicto audientem fuisse *se* praetori; Verr. IV, 27.

neglego: scilicet hoc Pansa aut non videt ... aut neglegit; Phil. X, 17.

nitor: ego istius pecudis ac putidae carnis consilio scilicet aut praesidio volebam niti? Piso 19.

praesto sum: tu .. Romae scilicet amicis praesto fuisti; Muren. 42.

puto: agros vero Vaticanum et Pupiniam cum suis ... campis conferendos scilicet [non] putabunt; leg. agr. II, 96.

refero: at ad quos refert? ... ad eos scilicet, quorum ..; Phil. II, 14.

relinquo: *scilicet relicta illic uxore ipse fuga sibi consuluit;* Scaur. c. 2, § 7.

requiro: census nostros requirit scilicet; Arch. 11.

rideo: ridet scilicet nostram amentiam; Quinct. 55.

sum: quid marmoris apud illum putatis esse? tantum scilicet, quantum e multis splendidisque familiis ... coacervari una in domo potuit; Sex. Rosc. 133. scilicet magno praesidio fuit Anniae pupillae mater; Verr. I, 153. scilicet ego is sum qui ..; Sulla 67. cum C. Mario scilicet (mihi certamen esset) aut cum aliquo pari an cum altero, barbaro Epicureo, cum altero, Catilinae lanternario consule? Piso 20. nunc scilicet tempus nullum est; Rab. Post. 36. scilicet is animus erat Milonis, ut ..; Phil. II, 21. vgl. II.

trado: scilicet tu ... Sex. Clodio ... omne frumentum privatum et publicum ... tradidisti; dom. 25.

video: ſ. neglego. — volo: ſ. nitor. — utor: ſ. conor.

II. asper: scilicet aspera mea natura, ... insolens vita; Vatin. 8.

idem: quibus hoc praecipiendum videtur, unum scilicet et idem quod reliquis omnibus; Catil. II, 19.

imperatorius: quae porro tua praefatio donationis fuit? illa scilicet vetus atque imperatoria; Verr. III, 187.

insolens: ſ. asper.

is: „quas tu mihi .. intercessiones, quas religiones?“ eas scilicet, quibus rei publicae salus continetur; Phil. I, 25.

omnis: erant permulti alii, ex quibus id facillime scire posset. [omnes scilicet Lanuvini]; Milo 46.

religiosus, sanctus: tu, scilicet homo religiosus et sanctus, foedus, quod meo sanguine ... iceras, frangere noluisti; Piso 28.

vetus: ſ. imperatorius. — unus: ſ. idem.

III. blande, concinne: rogare coepit blande et concinne scilicet; Qu. Rosc. 49.

IV. adsiduitas, al.: homo scilicet aut industria aut opera probata aut frugalitatis existimatione praeclara aut denique ... adsiduitate, ... is repente ... gratis praetor factus est; Verr. I, 101.

Crodanum: in his locis [sc. Croduni et Vulchalone] ab eis portorium esse exactum; Font. 19.

homo: scilicet homo, qui eam (causam) ... dicendo non possem explicare; dom. 57. vgl. adsiduitas. — II. religiosus.

scio, wissen, kennen, erfahren, verstehen, Kenntniß erhalten: I. **absolut** (vgl. **sciens**): alqs: quibus omnibus causa iustissima est cur scire potuerint; Quinct. 58. qui et scire deberent et causam cur mentirentur non haberent; ib. 86. quaero qui scias; Sex. Rosc. 53. qui tam cito scivit? ib. 97. qui potuerunt ista ipsa lege, ... — non enim novi nec scio — bona Sex. Roscii venire qui potuerunt? ib. 125. scit is, qui est in consilio, C. Marcellus; scit is, quem adesse video, Cn. Lentulus Marcellinus; div. Caec. 13. ego, qui, sicut omnes sciunt, in foro iudiciisque ita verser ..; ib. 41. [ut iam scire possis;] quaeram decretumne sit; Verr. II, 180. mensam citream, ... omnibus scientibus, .. abstulisti; ib. IV, 37. dices te emisse. scio: HS CIↃ. ita opinor. scio, inquam; ib. quam ob rem sciebas? ib. 74. veniunt in mentem mihi permulta; vobis plura, certo scio; Caecin. 55. qui modo Latine sciant; ib. sicuti plerique vestrum sciunt; Cluent. 117. habebit igitur te sciente et vidente curia senatorem ... sine ignominia quemquam ..? ib. 129. haec cuncta Graecia ... parvum quendam locum, ut scitis, Europae tenet; Flacc. 64. me ... idem (maleficium) in illorum socio, cum scirem, defendere; Sulla 19. cum se negat scire Cassius; ib. 39. „nec opinante Fausto, cum is neque sciret neque vellet, familia est comparata“; ib. 54. nullum a me sciente facinus occultari; ib. 86. qui se non opinari, sed scire ... dicit; Arch. 8. surrexit, ut scitis, Atilius hic Gavianus, nec ausus est ... intercedere; Sest. 74. (P. Sestius) venit, ut scitis, a columna Maenia; ib. 124. cum ... idem dies adventus mei fuisset reditus*que,* qui natalis idem carissimae filiae, ... idem, ut scitis, *aedis Salutis;* ib. 131. si .. Plancius ita vixit, ut offenderet sciens neminem; Planc. 41. qui abs te taciti requirunt ... cur .. se divinare malueris quam eos, qui scirent, iudicare; ib. 46. nuper quidem, ut scitis, (sica) me ad regiam paene confecit; Milo 37. quid? si, ut ille scivit, Milonem fore eo die in via, sic ..? ib. 45. cur mihi potissimum (est gratulatus)? quia sciebam? Phil. II, 28. fuit .. ille vir, ... sicuti scitis, ... admirandus; ib. 69. num Latine scit? ib. V, 13. me .. semper, ut scitis, adversarium multitudinis temeritati haec fecit praeclarissima causa popularem; ib. VII, 4. semel ... cecidi sciens; ib. XII, 24. cum, ut scitis, hoc triduo vel quadriduo tristis a Mutina fama manaret; ib. XIV, 15. antea vero quam multarum rerum iudicia sublata sint, .. quia scitis, praetereo; Fr. B. VI, 17.

dominus: fecerunt id servi Milonis ... nec imperante nec sciente nec praesente domino, quod ..; Milo 29.

populus: in quo (consilio) ne si dissensero quidem a ceteris, sciturus populus Romanus sit; ib. XII, 16.

praedones: ut et ipsi praedones scirent et tota provincia testis esset; Verr. V, 62.

testes: quae mei testes non dicunt, quia non viderunt nec sciunt, ea dicit ipse adversarius; Tull. 24.

Sicilia: navem vero cybaeam maximam, ... palam aedificatam sumptu publico, ... sciente tota Sicilia, ... tibi datam .. esse dico; Verr. V, 44.

II. **mit Ergänzung:** 1. **de:** ſ. **de,** I. scio (5 St.) B. II, S. 12, a.

2. **Relativsatz:** quod quicquid cogitant me scire sentiunt; Catil. II, 5. nec scit quod augurem nec facit quod pudentem decet; Phil. II, 81.

3. **indirecte Frage:** ego quid acceperim scio; Sex. Rosc. 58. si dissimulare omnes cuperent se scire ad quem maleficium pertineret; ib. 102. quid pares respondere scire cupio; Qu. Rosc. 40. scire volebat ad quem illa res pertineret; Verr. I, 131. scitis quam multi et quam multa priore actione dixerint; ib. II, 156. iudicium autem quod fuerit isto praetore, ... scire debetis; ib. III, 39. ut sciam quantum lucri factum sit; ib. 112. scio quid soleat fieri, scio quid liceat; ib. 188. ille in auri semuncia totam Hispaniam scire voluit unde praetori anulus fieret; ib. IV, 57. ut sciatis, ... ex quo genere iste sit; ib. V, 25. nam scire isto

vir: cum apud maiores nostros summi viri ... in agris quoque colendis aliquantum operae temporisque consumpserint; Sex. Rosc. 51. an ... cum summis civitatis nostrae viris ... quisquam amplissimus Galliae comparandus est? Font. 27. M. Aemilium Scaurum, summum nostrae civitatis virum, scimus accusatum a M. Bruto; ib. 38. ita res a L. Lucullo, summo viro, est administrata; imp. Pomp. 10. fuit ... quibusdam summis viris ... divinitus adiuncta fortuna; ib. 47. quod ... res publica ... frui debet summi viri vita atque virtute; ib. 59. libenter haec coram cum Q. Catulo et Q. Hortensio, summis ... viris, disputarem; ib. 66. non .. mihi exemplum summi et clarissimi viri, P. Africani, praetereundum videtur; Cluent. 134. quos ego iam multis ac summis viris ad me ... venturos esse praedixeram; Catil. I, 10. si summi et clarissimi viri Saturnini ... sanguine ... se non contaminarunt; ib. 29. cum summis ac clarissimis huius civitatis viris ... placeret ..; ib. III, 7. quid tandem de his existimes summis viris et clarissimis civibus; Sulla 4. quid? illi ipsi summi viri ... istane doctrina ... eruditi fuerunt? Arch. 15. Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt ..; ib. 20. an statuas et imagines ... studiose multi summi viri reliquerunt ..? ib. 30. summi viri et clarissimi || summi et clarissimi viri || consulis fascis fractos ... vidistis; sen. 7. pro me ... non, ut pro Q. Metello, summo et clarissimo viro, ... (populum Romanum est deprecatus) filius; ib. 37. cum ... multi eum summi viri orarent; Quir. 12. audistis ... summos viros ... eadem dicere; ib. 17. quod nominatim rei maximae ... summum virum ... praefecimus; dom. 24. hic non inludit auctoritati horum omnium, qui adsunt, summorum virorum? ib. 104. num ille furor tribuni plebis ... fraudi Metello fuit, summo illi et clarissimo viro? ib. 123. velim sic hoc vir summus ... accipiat, ut a me dicitur; har. resp. 50. hoc qui volunt, omnes optimates, qui efficiunt summi viri et conservatores civitatis putantur; Sest. 98. cum eius adulescentia in amplissimis honoribus summi viri, L. Philippi vitrici, florere potuisset; ib. 110. si .. summi ... viri ... suam rem publicam illam defenderunt; ib. 141. multi a me summi atque ornatissimi viri praedicarentur; Cael. 43. qui (adulescentes) post in civitate summi viri ... exstiterunt; ib. 73. neque solum summo in viro, sed etiam mediocri in homine *ne* accidat providendum (est); prov. cons. 38. summi civitatis viri ... Iulias leges ... iure latas negant; ib. 45. possem .. summorum virorum exemplo inimicitias rei publicae causa deponere; ib. 47. quod (Gaditana civitas) Q. Catuli, summi viri, auctoritate ... consecuta est; Balb. 35. qui non de suo, sed *de* huius summi et clarissimi viri facto ... disceptat; ib. 64. tuebatur auctoritatem summi viri; Piso 28. hunc a summo viro principem esse ordinis iudicatum; Planc. 35. hunc ille summus vir scelere solutum periculo liberavit; Milo 9. hunc ipsum annum, hoc ipso summo viro consule, ... salutarem civitati fore; ib. 78. haec qui facit, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum deo iudico; Marcell. 8. vereor ne imminuam summorum virorum gloriam; Phil. II, 86. qui in provinciam D. Bruti, summi et singularis viri, ... impetum facere conatur || conetur ||; ib. III, 1. duos Cn. Pompei, summi et singularis viri, filios incolumis haberemus; ib. V, 39. num igitur eum ... civem .. crudelem putares? aut || an || Q. Metellum ..? P. Lentulum, ... compluris alios summos viros ..? ib. VIII, 14. aderat .. hospitum invitatio liberalis pro dignitate summi viri; ib. IX, 6. de Cn. Pompei imperiis, summi viri atque omnium principis, tribuni plebis turbulenti tulerunt; ib. XI, 18. magnas ille res gessit ante Bibuli, summi viri, adventum; ib. 35. summos viros misimus; ib. XIII, 48. ʃ. imperator; Arch. 27.

virtus: quidam ex advocatis, homo ... summa virtute praeditus, intellegere se dixit ..; Cluent

177. pacem maritimam summa virtute ... confecit; Flacc. 29. qui docuit neque tecta neque templa ... sine summa virtute ... posse defendi; sen. 19. is (Marius) .. Iguvinatem M. Annium Appium, fortissimum virum, *summa* virtute praeditum, civitate donavit; Balb. 46. ſ. auctoritas; Caecin. 102. Phil. XI, 27. concordia. consilium; ib. IX, 17. constantia; ib. X, 13. dignitas; Balb. 53. existimatio; Verr. II, 102. fides; Sulla 42. fortuna. gloria; Piso 44. gratia; Verr. III, 60. indoles; Phil. XI, 33. nobilitas; Verr. II, 83. Fr. B. VI, 2. officium; ib. I, 135. pietas; sen. 38. splendor; Cluent. 198.

vis: hominem summa vi retinere coepit; Verr. I, 64. SUMMA VI DATA EST A ME OPERA, UT QUAM PLURIMO DECUMAS VENDEREM; ib. III, 124. cum adversario eius ... summa vis potestatis accederet; Cluent. 94. an ... idcirco tu ad illam labem atque eluviem civitatis sine summa vi pervenire potuisti? dom. 53. quae (vis ingenii) summa fuit in illo; Phil. V, 49.

voluntas: erat enim summa voluntas senatus; Verr. II, 95. quae omnia ante istum praetorem ... Halaesinorum summa voluntate valuerunt; ib. 122. quo L. frater meus summa illorum voluntate devertit; ib. IV, 25. in ipso Cn. Pompeio ... quam multa sint nova summa Q. Catuli voluntate constituta recordamini; imp. Pomp. 61. quae mea summa voluntate senatus frequens repudiavit; Muren. 47. memento ... me .. universi populi Romani summa voluntate ... consulem factum ... esse; Vatin. 6. cum ... Sextus .. Pompeius ... a M. Lepido ... summa senatus populique Romani voluntate civitati restitutus sit; Phil. V, 41. ſ. exspectatio; Verr. a. pr. 2.

usus: cum mihi summus tecum usus esset; Sulla 11.

utilitas: cum ad ceteras summas utilitates haec quoque opportunitas adiungatur: imp. Pomp. 50. cum ... in hac (causa) me nihil aliud nisi ... summa utilitas rei publicae moveat; prov. cons. 29. summa utilitate ... saepe ... carendum nobis erit; Balb. 22. ſ. dignitas; Muren. 24.

Lücke: quam (vitam) ego summis * ab istorum † periculis scelere insidiisque defendere; leg. agr. II, 100.

B. **allein:** I. **Substantiv: a. masc.:** 1. oderunt: omnes te ... summi, medii, infimi ... oderunt; Phil. XIII, 45.

2. dignitas: intersit inter vitae dignitatem summorum atque infimorum; Milo 17.

3. a: cum a summis, mediis, infimis ... hoc idem fit; Phil. I, 37.

b. neutr.: adipiscor: quo duce omnia summa sit adeptus; Marcell. 21.

II. **Adverb:** biduum: ut non numquam ... eximant unum aliquem diem aut summum biduum ex mense; Verr. II, 129.

quadriduum: respondit triduo illum aut summum quadriduo esse periturum; Milo 26.

quinque: quando .. frequentissimo senatu quattuor aut summum quinque sunt inventi qui ..? Milo 12.

terni: cum in Sicilia HS binis tritici modius esset, ... summum HS ternis; Verr. III, 189.

tria: *si* mille modium Verri suae partis in cellam gratis dedisset, duo milia nummum aut summum tria dedisset; Verr. III, 201.

triduum: neminem esse qui possit biduo aut summum triduo septingenta milia passuum ambulare; Quinct. 78.

suppedito, ausreichen, darreichen, verschaffen, unterstützen: I, 1. unpersönlich: nunc .. iam adempta est ... suppeditandi facultas; Verr. V, 127.

2. alqs: ut populo Romano totique Italiae suppeditare possent; Verr. V, 99.

vita: si vita suppeditasset; Phil. III, 15.

II. **Relativsatz:** quia (hic homo) suppeditat nobis ubi et animus ... reficiatur et aures .. defessae conquiescant; Arch. 12. * undique mihi suppeditat, quod pro M. Scauro dicam; Scaur. 46.

III. alqm: quibus (rebus) nos suppeditamur; Catil. II, 25.

alqd: ut .. populo Romano satis frumenti ex Sicilia suppeditaretur; Verr. III, 43.

aquam: quod fistulas, quibus aqua suppeditabatur Iovis ... templis ac sedibus, praecidi imperarat; leg. agr. III, 31.

corium: nam sine ullo sumptu nostro coriis, tunicis frumentoque suppeditando || suppeditato || maximos exercitus nostros vestivit; Verr. II, 5.

frumentum: quae (Sicilia) tibi ex alio genere frumentum suppeditare possit; Verr. III, 172. quem (populum Romanum Gaditani) in caritate annonae ... frumento suppeditato levaverunt; Balb. 40. ſ. alqd. corium.

merces: quos illa partim mercibus suppeditandis cum quaestu compendioque dimittit; Verr. II, 6.

pecuniam: quamquam ad sumptum itineris ... suppeditata pecunia a Postumo est; Rab. Post. 6.

rem: rem frumentariam esse suppeditatam; V, 135. ut esset urbs, quae res eas, quibus ager Campanus coleretur, suppeditare posset; leg. agr. II, 88. quae (res) ab ipsa natura nobis || natura loci || ac vitae consuetudine suppeditantur; ib. 95.

sumptum: sumptum haurit ex aerario, suppeditat a sociis; lsg. agr. II, 32.

tunicas: ſ. corium.

victum: victus .. suppeditabatur large sine labore; Sest. 103.

suppeto, reichlich vorhanden sein, zu Gebote stehen: alqd: ut cetera mihi in dicendo digna re, digna dolore meo suppetant; Verr. V, 158. an tu existimas .. suppetere nobis posse quod cotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus? Arch. 12.

crimina: vererer ne mihi crimina non suppeterent; Verr. I, 31.

vita: qua re modo ut vita suppetat ..; leg. agr. II, 100.

suppleo, ergänzen, hinzufügen, vollzählig machen: I. alqs: supplet .. iste nescio qui et privatim dicit se dedisse; Flacc. 40.

II. alqm: supplete ceteros ... honores et imperia meditantis; Phil. XII, 14.

legiones: „cum sex legionibus .. eisque suppletis ex D. Bruti exercitu"; Phil. VIII, 27.

usum: non enim te instruere domum tuam voluerunt in provincia, sed illum usum provinciae supplere; Verr. IV, 9.

supplex, bittend, flehend: A. **bei Substantiven:** alqs: quos me incolumi nemini supplices esse oporteret; div. Caec. 3. praeteribo, ... totiens te senatum Panhormitanum adisse supplicem; Verr. V, 21. qui adfecti iniuriis ad opem iudicum supplices inferioresque confugiunt; Font. 33. veniebat .. ad me ... Autronius, multis cum lacrimis, supplex, ut se defenderem; Sulla 18. neque P. Sullam supplicem ferre ... neque huius M. Messallae ... preces sustinere potui; ib. 20. neque enim nunc propulsandae calamitatis suae causa supplex ad vos .. confugit; ib. 88. qui

... populum Romanum supplex obsecrasset; sen. 31. cum ..., quibus regna ipse dederat, ad eos inops supplexque venisset; Quir. 20. hunc Cn. Pompeius cum in suis castris supplicem abiectum vidisset; Sest. 58. quem vos, supplicem vestrae misericordiae, ... sustentate; Cael. 79. „ego me plurimis pro te supplicem abieci"; Milo 100. hic .. T. Ligarius ... nunc a te supplex fratris salutem petit; Ligar. 36. supplex te ad pedes abiciebas; Phil. II, 86.

Asia: si ille retentus a cuncta Asia supplice ... anteposuit honori suo commoda ... provinciae; Scaur. 35.

civis: cui civi supplici non illa dextera ... spem salutis ostendit? Verr. V, 153.

gener: gener et Piso gener a Pisonis consulis pedibus supplex reiciebatur; Sest. 54.

homo: circumsessus es. a quibus? ... ab hominibus ... lenissimis, ... voluntate supplicibus; Verr. I, 81. quin etiam parens tuus ... Catilinae fuit advocatus, improbo homini, at supplici: Sulla 81.

manus: tendit ad vos virgo Vestalis manus supplices; Font. 48.

multitudo: cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum sordidata venisset; sen. 12. quam quidem nunc multitudinem videtis, iudices, in squalore et luctu supplicem vobis; Planc. 21.

nobilitas: numquam .. fere nobilitas ... a populo Romano supplex repudiata est; Planc. 50.

oratio: ne blanda aut supplici oratione ... fallamur; Phil. VII, 26.

patres: qui (consules) pro me patres conscriptos deprecari et populo supplices esse ... vetarent; dom. 113.

patria: vobis supplex manus tendit patria communis; Catil. IV, 18.

rex: regem ... ad alios se reges ... supplicem contulisse; imp. Pomp. 21. supplex erat rex; Rab. Post. 5.

B. **allein:** I, 1. amittunt: ut homines miseri, ... nunc servi ac supplices, non modo ... amittant, verum etiam ... non habeant; Verr. a. pr. 53.

debent: ecquid auctoritatis apud vos ... socii populi Romani, supplices vestri, habere debeant; div. Caec. 17.

habent: ſ. amittunt. debent.

veniunt: supplices aliqui veniunt miseri et calamitosi; Muren. 62.

2. sum: nunc idem ... vester et supplex; Muren. 86.

II, 1. aspernor: ne illos supplices aspernarer; div. Caec. 3.

levo: levate hunc aliquem supplicem vestrum; Cluent. 200.

odi: si in gladiatoriis pugnis ... timidos atque supplices ... etiam odisse solemus; Milo 92.

praebeo: qui (Pompeius) se non solum auctorem meae salutis, sed etiam supplicem populo Romano *praebuit*; Sest. 107.

prodo: ne hominibus levitate Graecis, crudelitate barbaris civem ac supplicem vestrum proderetis; Flacc. 24.

profiteor: cum (Cn. Pompeius) ... in contionibus non modo se defensorem salutis meae, sed etiam supplicem pro me profiteretur; Piso 80.

2. adsum: defendebant amicum, aderant supplici; Sulla 81.

do: huic misero puero, vestro ac liberorum vestrorum supplici, hoc iudicio vivendi praecepta dabitis; Flacc. 106.

occurro: (misericordia tua) occurrere solet ipsa supplicibus et calamitosis; Deiot. 40.

III. repudiatio: sin autem ... repudiatio supplicum superbiam ... coarguit; Muren. 9.

vox: nos iacentis ad pedes supplicum voce prohibebis? Ligar. 13.

supplicatio, Dankfest, Bettag: I. delectant: „quid est .. quod te supplicationes totiens iam decretae tot dierum tanto opere delectent?" Piso 59.

est: nullae fuerint || fuerunt || supplicationes; Vatin. 30. nulla supplicatio fuerit; ib.

ohne Verb: supplicatio [Cinnae] nulla victori; Phil. XIV, 23.

II, 1. confero: quae supplicatio si cum ceteris conferatur, hoc interest, quod ceterae bene gesta, haec una conservata re publica constituta est; Catil. III, 15.

constituo: ut ... C. Pansa A. Hirtius consules ... supplicationes per dies quinquaginta ad omnia pulvinaria (constituant); Phil. XIV, 37. ſ. confero.

contamino: an supplicationes addendo diem contaminari passus es, pulvinaria noluisti? Phil. II, 110.

decerno: ſ. **decerno,** III. supplicationem (23 St.) B. II, S. 31, a. — denego: ſ. **denego,** II. supplicationem (4 St.) B. II, S. 64, b.

duplico: cuius sententia .. duplicata est supplicatio consularis; prov. cons. 27.

exspecto: nihil (est) quod [supplicatio magistratuum] renuntiatio [suffragiorum] exspectetur; Planc. 14.

neglego; „quas (supplicationes) di neglegunt"; Piso 59.

postulo: ille gurges atque helluo ... ausus est ... a senatu supplicationem per litteras postulare; Piso 41. numquam .. in civili bello supplicatio decreta est. decretam dico? ne victoris quidem litteris postulata est; Phil. XIV, 22.

probo: dices supplicationes te illas non probasse; Vatin. 30.

testificor: ut ... parum putares testificatum esse supplicationes te illas non putare; Vatin. 32.

2. misceo cum: an me censetis .. decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur? Phil. I, 13.

refero de: de supplicationibus referebatur; Phil. 1, 12. de supplicatione referebat; ib. V, 19. num (conlega) te de supplicatione voluit referre? ib. XIV, 23.

III. uber: ubi illa uberrima supplicationibus triumphisque provincia? Piso 97.

IV, 1. genus: C. Caesarem senatus .. genere supplicationum amplissimo ornavit; Balb. 61. mihi togato senatus ... singulari genere supplicationis deorum immortalium templa patefecit; Piso 6.

honos: multitudine hostium interfecta ... clarissimis ducibus supplicationum honorem tribuemus? Phil. XIV, 12.

mentio: supplicationis mentio nulla; Phil. XIV, 23.

2. consultum de: cui senatus consulto ne intercederent verebatur? de supplicatione, credo, M. Lepidi; Phil. III, 23. senatus consultum de supplicatione per discessionem fecit; ib. 24.

V. in: in illa supplicatione ... res ipsa tributa est dis immortalibus; prov. cons. 27. „in quibus (supplilationibus) homines errore ducuntur"; Piso 59.

suppliciter, demüthig: mitto: quas litteras cum ad omnis civitates prope suppliciter misisset Metellus; Verr. III, 46.

respondeo: cum .. defensor suppliciter demisseque responderat; Flacc. 21.

supplicium, Bestrafung, Hinrichtung:

I. **absolut:** 1. est: quae et igitur poena? quod supplicium? Piso 43. 44. supplicium .. est poena peccati; ib. 43. equidem ... non eadem supplicia esse in hominibus existimo, quae fortasse plerique, damnationes, expulsiones, necis; ib. 95. ſ. II, 1. expeto.

impendet: „aut iam soluto supplicio parricidii aut impendente"; Phil. XIII, 22.

2. sum: exsilium .. non supplicium est, sed perfugium portusque supplicii; Caecin. 100.

II. **nach Verben:** 1. accipio: supplicia .. in civis Romanos nulla Tarquinii accepimus; Phil. III, 10.

adfero: ſ. IV. alqd.

adhibeo: neque Antonius ullius supplicii adhibendi ... ullam esse partem (mihi videtur) relicturus; Phil. XI, 6.

confero: tu supplicia, quae debentur hostibus victis, ad tuum, non ad reipublicae tempus conferes? Verr. V, 77.

constituo: ſ. **constituo,** III. supplicium (7 St.) B. I, S. 660, a.

debeo: quibus omne supplicium ... debetur; Sest. 94. ſ. confero. — 2.

deprecor: non supplicium deprecarer, sed praemium postularem; leg. agr. III, 31.

excogito: supplicium in parricidas singulare excogitaverunt; Sex. Rosc. 70. quod tandem excogitabitur in eum supplicium, qui (ad arma) vocavit? Rabir. 28.

expeto: numquam ego sanguinem expetivi tuum; numquam illud extremum, quod potest esse improbis et probis commune, supplicium legis ac iudicii; Piso 99.

expromo: ut numquam dubitaret ... palam supplicia ... in civis Romanos expromere; Verr. V, 140.

exspecto: exspectatur ab omnibus supplicium; Verr. V, 64.

fero: ut iam illa vox ... illis ... supplicium maturius ferret; Verr. V, 147.

includo: postremo tenebrae, vincla, carcer, [inclusum supplicium,] ... a communi luce *esse* seclusum; Verr. V, 23.

infero: qui quae ... supplicia neque a sociorum moenibus prohibere neque hostium urbibus infere potuerunt, ... ea ... meis omnibus tectis atque agris intulerunt; har. resp. 3.

inhibeo: ut ille ... * eadem ... inhiberet supplicia nobis; Phil. XIII, 37.

invenio: quod in impios singulare supplicium invenerunt; Sex. Rosc. 69. quod supplicium dignum libidine eius invenias? Verr. II, 40.

levo: ne quis huius supplicio levando se iactare ... possit; Catil. IV, 10.

meditor: maiora .. in nos quam in hostem supplicia meditatur; Phil. XI, 3.

minor: cum idem supplicium minatur optimis civibus, quod ego de sceleratissimis ac pessimis sumpserim; Phil. III, 18.

perfero: ut existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre; Cluent. 171.

prohibeo: ſ. infero.

propono: cum tot cruces, tot supplicia ... proponerentur; Verr. III, 112. quo maiora proposita victis supplicia servitutis videtis; Phil. XI, 3.

puto: nullum est supplicium putandum, quo adfici casu aliquo etiam boni viri fortesque possunt; Piso 42.

quaero: tu ex illius honore in eos ipsos ... supplicia quaerebas? Verr. IV, 90.

reperio: quod supplicium satis acre reperietur in eum? Sex. Rosc. 37.

solvo: ſ. I, 1. impendet.

sumo: quam ob rem supplicium non sumpsisti? Verr. V, 67. quod supplicium more maiorum sumpseris; ib. 133. ſ. **de,** I. sumo supplicium (8 St.) B. II, S. 12, b.

video: ſ. propono; Phil. XI, 3.

vito: non modo ut supplicia vitent; Sex. Rosc. 8.

2. eripio: dubitas ... vitam istam, multis suppliciis iustis debitisque ereptam, fugae solitudinique mandare? Catil. I, 20.

quaero: quod moram supplicis quaereret; Verr. V, 165.

3. levo: ut homines populares ac nobiles supplicio aut exsilio levarentur; Verr. II, 13.

libero: hisce omnibus suppliciis sunt liberati; Verr. V, 14. eos ... sua sponte omni supplicio liberavit; ib. 18.

4. adduco ad: grandis natu parens adductus (est) ad supplicium; Verr. 1, 76.

constituo in: dico .. in ipso supplicio mercedem lacrimarum ... constitui nefas fuisse; Verr. V, 134.

contineo a: cum tamen a praesenti supplicio tuo continuit populus Romanus se; Verr. V, 74.

dedo ad: Oppianicus ... mulieri .. servum fidelissimum ... plane ad supplicium dedidit; Cluent. 181.

deposco ad: hunc etiam si tota Asia deposcit ad supplicium, defendam, resistam; Flacc. 5 (Z. 32).

dico de: si haec apud Scythas dicerem ... de tot et tam acerbis suppliciis civium Romanorum; Verr. V, 150. qui cum suppressa voce de scelere P. Lentuli ... dixisset, ... de supplicio [de Lentulo], de carcere magna et queribunda voce dicebat; Sulla 30.

dimitto ex: ut statim e medio supplicio dimiserit; Verr. V, 13.

duco ad: nullum est autem testimonium victoriae certius quam ... eos te vinctos ad supplicium duci videre; Verr. V, 66. si tu .. ad supplicium ducerere; ib. 166. per quem (pontem) consul populi Romani ... ad supplicium et ad necem duceretur; Vatin. 21.

fleo de: flebat uterque, non de suo supplicio, sed pater de filii morte, de patris filius; Verr. I, 76.

loquor de: quid ego de ceteris civium Romanorum suppliciis ... loquar? Verr. V, 143.

produco ad: produci ad supplicium necesse est; Verr. V, 10.

rapio ad: rapiunt eum ad supplicium di patrii; Verr. I, 7. vos tanti conservatorem populi, tanti sceleris ultorem ... ad supplicium rapi patiemini? Milo 80.

redeo ad: qui (Regulus) redire ipse Karthaginem ... ad supplicium quam sine ... captivis ... Romae manere maluerit; Sest. 127.

remitto de: aliquid de summo supplicio remitteres; Verr. V, 168.

reservo ad: qui non sentias ... te ... ad aliquod ... maius supplicium reservatum; Fr. B, VIII, 8.

rogo de: „leges, quae de civium Romanorum supplicio rogatae sunt"; Catil. I, 28.

trado ad: homines ... ad supplicium traditi ... Triocalino illi domino redditi sunt; Verr. V, 11. hos ad supplicium iam more maiorum traditos ex media morte eripere ac liberare ausus es? ib. 12.

vertor in: non in supplicio crimen meum vertitur; Verr. V, 133.

III. **nach Adjectiven:** 1. contentus: neque hoc avaritiae supplicio communi ... contentus esse (videtur); Verr. I, 8. si populus Romanus istius unius supplicio contentus fuerit; ib. 9.

dignus: istum .. summo supplicio dignum existimabit; Verr. III, 119. supplicio dignus est; ib. 217. non quo illum ... quisquam supplicio ... dignum putaret; ib. V, 107. nullum .. faci-

nus quod maiore supplicio dignum sit reperiri ... potest; ib. 154. quem omni supplicio dignum esse ducebant; Cluent. 29. quanto est Oppianicus ... maiore supplicio dignus? ib. 32. an etiam consilia conscientiasque eius modi facinorum supplicio dignas iudicarent; ib. 56. est .. bonorum ... civium ... ea .. qui secutus sit, laude potius et honore quam poena et supplicio dignum iudicare; Rabir. 3. quo etiam maiore sunt odio supplicioque digni, qui ..; Catil. III, 22. si dixisset haec solum, omni supplicio esset dignus; Sest. 28. quid suppliciis omnibus dignius? Phil. II, 86.

2. diligens, mitis in: non mitior in supplicio, sed diligentior esse coepit; Verr. V, 157.

IV. **nach Substantiven:** alqd: quae crux huic fugitivo potest satis supplicii adferre? Deiot. 26.

acerbitas: cum iste omnis et suppliciorum et verborum acerbitates ... conquisierit; Rabir. 15. qui (C. Caesar) mortis poenam removet, ceterorum suppliciorum omnis acerbitates amplectitur; Catil. IV, 7. qui vestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam ... esse voluerunt; Rabir. 10.

condicio: quam condicionem supplicii maiores ... timiditati militis propositam esse voluerunt, eandem tu ... constitues improbitati senatoris? Cluent. 129.

crudelitas: nullius supplicii crudelitas erit recusanda; Phil. IV, 12.

gaudium: „praecipio gaudia suppliciorum vestrorum"; Phil. XIII, 45.

genus: quod ... in socium vestrum atque amicum novum et singulare supplicii genus excogitavit; Verr. IV, 88.

mora: ut (nomen civitatis) crudelissimi ... supplicii parvam moram .. posset adferre; Verr. V, 165.

metus: amplior ei mortis et supplicii metus est a maioribus constitutus; Cluent. 128. qui ... metu crudelissimorum suppliciorum carere non possumus; Milo 5.

perfugium, portus: ſ. I, 2.

timor: in quo (homine) aliqui si non famae pudor, at supplicii timor est; prov. cons. 14.

V. **Umstand:** 1. adficere: ut ... summo supplicio vilicum adficiat; Verr. III, 119. quo supplicio dominos indemnatos adficiebat; ib. V, 18. si minus supplicio adfici, at custodiri oportebat; ib. 69. poterone eos adficere supplicio, qui Cleomenem secuti sunt? ib. 104. supplicio adfecti ... sunt; ib. 148. ex Hispania fugientis se excepisse et supplicio adfecisse dicit; ib. 151. interfectum esse L. Catilinam et gravissimo supplicio adfectum iam pridem oportebat; Catil. II, 3. nec mihi ille M. Regulus ... supplicio videtur adfectus, nec C. Marius; Piso 43. quem (Platorem) ne maiorum quidem more supplicio adfecisti; ib. 83.

adfigi: ut ... Italia ... alumnum suum servitutis extremo summoque supplicio adfixum videret; ib. 169.

coëcere: desinite dubitare utrum sit utilius propter multos improbos uni parcere an unius improbi supplicio multorum improbitatem coëcere; Verr. III, 208. ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coërcerent; Catil. I, 3.

commutare: qui ... suppliciis invisitatis || inusitatis || ... violare libertatem huius populi, temptare mansuetudinem, commutare disciplinam conatus es; Rabir. 13.

excruciari: qui legatum ... omni supplicio excruciatum necavit; imp. Pomp. 11.

expiari: fani religionem istius sceleratissimi atque audacissimi supplicio expiari volebant; Verr. IV, 111. ut id (scelus) nulla re possit nisi ipsius supplicio expiari; har. resp. 35. „cuius supplicio sentaus sollemnis religiones expiandas saepe censuit"; Milo 73.

exsaturare: cum eius cruciatu atque supplicio pascere oculos animumque exsaturare vellent; Verr. V, 65.

interfici: vos legatum omni supplicio interfectum relinquetis? imp. Pomp. 11.

lui: multorum .. innocentium sanguis istius supplicio luendus est; Verr. I, 8.

mactari: cum videant ius civitatis illo supplicio esse mactatum; Verr. IV, 26. „non hunc in vincula duci, ... non summo supplicio mactari imperabis?" Catil. I, 27. tu, Iuppiter, ... homines bonorum inimicos ... aeternis suppliciis ... mactabis; ib. 33.

moveri: viri fortis (est) ne suppliciis quidem moveri ut fortiter fecisse paeniteat; Milo 82.

pascere: ſ. exsaturare.

puniri: quod ... tu supplicio puniendum putasti; dom. 76.

satiare: ut ... haberet quosdam, quorum animos ne supplicio quidem suo satiare posset; Sulla 1. cuius ne supplicio quidem ullo satiari videtur posse populus Romanus; Phil. XIII, 21.

temptare, violare: ſ. commutare.

2. ad: cum cruces ad civium Romanorum supplicia fixas recordetur; Verr. III, 6. quid deinde sequitur? verbera atque ignes et illa extrema ad supplicium damnatorum; ib. V, 14. qui in campo Martio ... crucem ad civium supplicium defigi et constitui iubes; Rabir. 11.

causa: quod honoris causa pater filio suo concessit, id eum supplicii causa fecisse dicis; Sex. Rosc. 44. alterum rus supplicii causa relegasse; ib. 46. quo vivos supplicii causa demittere homines ... solebat; Verr. IV, 73. alter intellegit mortem ab dis immortalibus non esse supplicii causa constitutam; Catil. IV, 7.

cum: agitur ... victurine simus an cum supplicio ... perituri; Phil. IV, 12.

gratia: tot praedia ... filio suo relegationis ac supplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat? Sex. Rosc. 43.

in: quas res ... crudelitas in suppliciis ... efficere potuisset; div. Caec. 3. libertate ... ille in acerbissimo supplicio miserrimae servitutis abusus est; Verr. V, 114.

sine: quem hominem ... sine supplicio dimittere non debuisti; Verr. III, 141.

supplico, anflehen, anrufen: I, 1. unperſönlich: numquam .. erit tam oppressus senatus, ut ei ne supplicandi quidem ac lugendi sit potestas; Sest. 52.

2. ordo: ut ... pro me ... amplissimum ordinem ... plorare et supplicare mutata veste prohiberent; dom. 55.

pater: quia (pater) pro filio supplicabat; Planc. 24.

II. alicui: cum ... amici ac propinqui supplicent vobis; Font. 35. permulti ... Metelli [aut Metellarum liberi] pro Q. Metelli reditu vobis ac patribus vestris supplicaverunt; Quir. 6. cum senatus equitesque Romani .. pro me ... vobis supplicare vetarentur; ib. 13. quis umquam tam crudelis fuit qui prohiberet quemquam aut sibi maerere aut ceteris supplicare? Sest. 32. „qui mihi non nimis submisse supplicarat"; Planc. 12. „condiscas, censeo, mihi paulo diligentius supplicare"; ib. 13. ut ... ei publice supplicetur; Phil. I, 13.

animis: quae (res) vestris animis pro huius innocentis salute supplicent; Font. 41.

aratori: ut temporibus illis ... aratori praetor per litteras supplicaret; Verr. III, 125.

dis: ne deos quidem immortalis velle ... sibi supplicari hominis impurissimi ... nomine; prov. cons. 14.

fratribus: ſ. alicui; Quir. 6.

populo: semper se dicet (populus) rogari voluisse, semper sibi supplicari; Planc. 12. appellavi populum tributim, submisi me et supplicavi; ib. 24. ſ. **populus,** II, 3. supplico (5 St.) B. III, S. 653.

senatui: ut ei, qui a senatu de me rogabantur, eidem senatui pro me supplicarent; Sest. 130.

supplosio, Stampfen: pedis ... nulla supplosio; Fr. B, IX, 5.

suppono, unterwerfen, an die Stelle setzen, unterschieben: I. alqm: ut ille suppositus facile et libenter se illum, qui non erat, esse simularet; Verr. V, 70. ne quis suppositum abs te esse diceret qui pro archipirata securi feriretur; ib. 75. cum volgo loquerentur suppositum (esse) in eius locum, quem pro illo probare velles; ib. 78. non esset difficile alium in suppositi locum supponere; ib. 79.

cives: tum iste homo nefarius in eorum locum ... substituere et supponere coepit civis Romanos; Verr. V, 72.

fidem: propterea quod ... in eis || in his || (rebus) operae nostrae vicaria fides amicorum supponitur; Sex. Rosc. 111.

gladiatores: gladiatores tu novicios, pro exspectata aedilitate suppositos, cum sicariis e carcere emissis ante lucem immittas? Sest. 78.

personam: qui supposita persona falsum testamentum obsignandum curaverit; Cluent. 125.

II. se — reum: Hieras ... criminibus illis pro rege se supponit reum; Deiot. 42.

suppressio, Unterschlagung: (Staienus) statuit ad easdem esse sibi ... suppressiones iudicialis revertendum; Cluent. 68.

supprimo, zurückhalten, unterschlagen: nummos: quae (sescenta milia nummum) cum acceperat a pupillo, suppressit; Cluent. 68. quorum nummos suppressos esse putant; Cluent. 75.

pecuniam: capit hoc consilii, ut pecuniam quibusdam iudicibus ... polliceatur, deinde eam postea supprimat; Cluent, 71. suppressam esse ab eo pecuniam, ... qui erant in contione, non intellegebant; ib. 78.

HS: quae (HS $\overline{\text{IOC}}$) ille cum accepisset ..., reticuit atque suppressit; Cluent. 99.

vocem: qui cum suppressa voce de scelere P. Lentuli ... dixisset; Sulla 30.

supra, oben, oberhalb, früher: I. Präpoſition: de qua muliere versus plurimi supra tribunal et supra praetoris caput scribebantur; Verr. III, 77. bipartito classem distributam fuisse, ut una pars supra Ephesum navigaret; Flacc. 32.

II. adicio: supra adiecit Aeschrio; Verr. III, 77.

deformo: ille, ille, quem supra deformavi; Caecin. 14.

dico: ut supra dixi; Milo 88.

scribo: QUI EORUM. quorum? videlicet, qui supra scripti sunt; Cluent. 148.

surdus, taub: satis erit ... non surdum [iudicem] huic ... officio praeesse; Font. 25.

surgo, ſich erheben, aufſtehen: 1. unperſönlich: non modo dicendi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat; Cluent. 93.

2. alqs: credo ego vos, iudices, mirari quid sit quod ... ego potissimum surrexerim; Sex. Rosc. 1. surrexi ego; ib. 60. qui de accusatoris subsellio surgit; ib. 104. qui auspicato a Chelidone surrexisset; Verr. I, 104. o modestum ordinem, quod illinc vivus surrexerit! ib. 124. cum multo maturius quam umquam antea surrexisset; ib. II, 41. surrexisset Apronius; ib. III, 31. nemo Agrigenti ... fuit, qui non illa nocte eo nuntio excitatus surrexerit; ib. IV, 95. CUM SURGERET NEMO NEQUE SENTENTIAM DICERET; ib. 143. de sella surrexit atque abiit; ib. 147. hic ego tum ad respondendum surrexi; Cluent. 51. atque ille ... surrexit; Catil. III, 11. surrexit ... Atilius hic Gavianus, nec ausus est ... intercedere; Sest. 74. surrexit P. Africanus; Phil. XI, 17.

testes: (testes) ex accusatorum subselliis surgunt; Flacc. 22.

surripio, wegnehmen, entwenden, entziehen: I. alqs: acerbiorem etiam scitote esse civitatibus falsam istam et simulatam emptionem, quam si qui clam surripiat aut eripiat palam; Verr. IV, 134.

II. alqd: qui quod ipsis solis satis esset surripuissent; Verr. a. pr. 4. ut ex acceptis et datis quicquid fingatur aut surripiatur aut non constet appareat; Font. 3.

captivum, filium: qui ex eius custodia per insidias regis amici filium, hostem, captivum, surripuisset; dom. 66.

honorem: si quis est honos singularis, nihilne interest utrum populus Romanus eum, cui velit, deferat, an is imprudente populo Romano per legis fraudem surripiatur? leg. agr. II, 46.

hostem: ſ. captivum.

Parmam: qua .. in urbe tam immanis Hannibal capta quam in Parma surrepta Antonius? Phil. XIV, 9.

reus: cui reus tam nocens ... aut occulte surripi aut impune eripi possit; Verr. I, 10.

suscenseo ſ. **succenseo.**

suscepto, Uebernahme: quoniam ... ab accusatoribus ... ipsa susceptio causae reprehensa est; Muren. 2.

suscipio, übernehmen, annehmen, auf ſich nehmen, erdulden, ſich unterziehen, anerkennen: **abſolut:** alqs: quoniam quidem suscepi; Sex Rosc. 30. quoniam quidem semel suscepi; ib. 31. ego .. suscipiam et ... reperiam qui ..; Catil. IV, 8.

II. **mit einfachem Object:** quem in suam potestatem susceperat; Caecin. 98. eodem .. tempore et suscipimur in lucem et hoc caelesti spiritu augemur; har. resp. 57.

alqd: quod turpissime suscepisses; Quinct. 76. id, quod suscepi, ... perferam; Sex. Rosc. 10. quod si id vos suscipitis; ib. 153. quemvis ut hoc mallem de eis, qui essent idonei, suscipere quam me; div. Caec. 16. vereri non debeo ne quis hoc, quod facio, non existimet me summi officii ratione impulsum coactumque succepisse; Verr. II, 118. providere debent ... quantum in omnem vitam negotii suscipere conentur; ib. III, 1. verum tamen ego hoc amplius suscepi quam ceteri, quod ..; ib. 4. qui praesertim plus etiam ... pro voluntate populi Romani oneris ac muneris suscipere debeam; ib. 7. Eubulidas hoc tantum ... laboris itinerisque suscepit, .. ut ..; ib. V, 128. Verres ... tantum sibi auctoritatis in re publica suscepit, ut ..; ib. 152. hoc vestrae mentes ... sibi suscipient, ut ... malitis? Font. 32. quicquid in hac causa mihi susceptum est, .. id ego omne || id omne ego || me rei publicae causa suscepisse

confirmo; imp. Pomp. 71. neque mihi quicquam oneris suscepi; Cluent. 142. ut aliquid culpae suscipere se putarent recusando; ib. 153. atqui || atque || ego a primo capite legis usque ad extremum reperio .. nihil aliud cogitatum, nihil aliud susceptum, ... nisi uti ..; leg. agr. II, 15. id, quod est a te scelerate susceptum; Catil. I, 27. ea non modo cogitata a nefariis civibus, verum etiam suscepta esse sensistis; ib. III, 11. illud .. neque suscepit neque suscipere debuit, ut ... accusandus esset; Flacc. 29. uterque nostrum id sibi suscipiendum putavit, de quo aliquid scire ipse ... potuisset; Sulla 13. qui ... quod turpitudinis (solet esse) in confessione, id per accusationem filii susceperit; ib. 51. depugnarem potius cum summo ... periculo .. vestro quam [non] id, quod omnibus impendebat, unus pro omnibus susciperem ac subirem? Sest. 46. erat mecum senatus et quidem veste mutata, quod pro me uno post hominum memoriam publico consilio susceptum est; Planc. 87. in quo nihil more, nihil modo, ... contra improbe, turbide, festinanter, rabide omnia ... videtis esse suscepta; Scaur. 37.

accusationem: ſ. **accusatio,** II, 1. suscipio (3 St.) B. I. S. 45, a.

alumnos: qui (cives, alumni) a parentibus spe nostri imperii nostraeque aequitatis suscepti educatique sunt; Verr. V, 123.

animum: videte quem vobis animum suscipiendum putetis; imp. Pomp. 11.

auctoritatem: mihi auctoritatem patriam se veritatemque suscipio; Cael. 37. ſ. alqd; Verr. V, 152.

bellum: ſ. **bellum,** II, 1. suscipio (27 St.) B. I, S. 401, b.

calamitatem: (calamitas) mea voluntate suscepta est, ne ..; sen. 36.

causam: ſ. **causa,** II, 1. suscipio (42 St.) B. I, S. 474, b.

civis: ſ. alumnos.

cogitationem: cogitationem .. sobrii hominis punctum temporis suscipe; Phil. II, 31.

confictionem: criminis confictionem accusator [Erucius] suscepit; Sex. Rosc. 35.

contentionem: qui tantus fuit labor, quae simultas, quae contentio quam ego non pro illius dignitate susceperim? dom. 27. qui ... omnia pericula, summos labores, gravissimas contentiones inimicitiasque suscepit; Sest. 86.

controversias: ut ... negotia mulieris ... controversiasque susciperet; Caecin. 13.

crimen: qui in se suscipere istius culpam crimenque cuperet; Verr. IV, 91. „potius istius culpae crimen vituperationemque inconstantiae suscipiam quam .. in te sim crudelis“ ..; ib. V, 105. ego ... susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer; Rabir. 18. neque enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen .. P. Sullae persona suscipit; Sulla 68.

culpam: si ... nulla inhumanitatis culpa suscipitur; Muren. 9. quam (culpam) tu vereris ne a te suscepta videatur; Planc. 52. ſ. alqd; Cluent. 153. crimen; Verr. IV, 91.

cupiditatem: quae (cupiditas) suscepta est spe et pr*omissione* pr*ae*miorum; Scaur. 38.

curam: tamen hac cura continebatur, quam sibi nondum confirmato consilio ... susceperat; Verr. III, 3. tibi haec cura suscipienda (est); ib. IV, 69.

curationem: si (Postumus) curationem et quasi dispensationem regiam suscepisset; Rab. Post. 28.

cursum: quem (cursum) a prima aetate suscepisti; Planc. 52.

dedecus: non Asiae nomen obiciendum Murenae fuit, ... sed aliquod .. in Asia susceptum ... flagitium ac dedecus; Muren. 12.

defensionem: ut hanc causam salutisque suae defensionem susciperem; Verr. II, 156. quae prima innocentis mihi defensio est oblata suscepi; Sulla 92. vidit .. etiam in confessione facti iuris tamen defensionem suscipi posse; Milo 15.

difficultatem: cui potest esse dubium quam ob rem ... tantam difficultatem cum crimine, molestiam cum suspicione susceperis? Verr. V, 61.

dispensationem: ſ. curationem.

dolorem: suscipere tantos animi dolores, ... ea laus praeclara atque divina est; ¦dom. 98. neque officio coniunctior dolor ullus esse potest quam hic meus susceptus ex hominis de me optime meriti periculo; Sest. 4. ut, quicumque te aspexisset, duplicem dolorem gemitumque susciperet; Vatin. 19.

facinus: ut, ad quod facinus nemo praeter te ulla pecunia adduci potuerit, id tu gratis suscipere conatus sis; Verr. V, 11. quo tandem .. Habitus metu adductus tantum in se facinus suscipere conatus est? Cluent. 170.

filiam: invito despondit ei filiam suam, illam, quam ex genero susceperat; Cluent. 179.

flagitium: ſ. dedecus.

fortunas: cum causam sociorum fortunasque provinciae, ius populi Romani gravitatemque iudicii legumque susceperis; div. Caec. 37.

fraudem: quae est igitur poena? quod supplicium? ... suscepta fraus, impedita et oppressa mens ..; Piso 43.

gemitum: ſ. dolorem; Vatin. 19.

genus: cum .. genus imperatae pecuniae suscipit; Flacc. 33.

gravitatem: ſ. fortunas.

ignominiam: ne quae insignis huic imperio macula atque ignominia suscipiatur; Font. 36.

impuritates: cum omnis impuritates impudica in domo cotidie susciperes; Phil. II, 6.

inimicitias: ſ. **inimicitiae,** II, 1. suscipio (14 St.) B. II, S. 698.

inimicos: quos (inimicos) ego pro vestra salute suscepi; Planc. 103.

insignia: si omnia gravissimi belli insignia suscepta a senatu viderent; Phil. VI, 2.

invidiam: quisquam dubitabit quin tu istam apud populos provinciae totius invidiam atque offensionem ... susceperis? Verr. II, 137. ut intellegatis nihil esse ... innocenti suscepta invidia tam optandum quam aequum iudicium; Cluent. 7. si qua est invidia conservanda re publica suscepta: Catil. III, 29.

iter: P. Sestius ... iter ad C. Caesarem pro mea salute suscepit; Sest. 71. hoc primum iter (P. Sestius) designatus rei publicae causa suscepit; ib. ſ. alqd; Verr. V, 128.

ius; ſ. fortunas.

laborem: „tantumne .. laborem ... susceptu rus es?“ Verr. V, 180. inimicitiae sunt: subeantur; labor: suscipiatur; ib. 182. ut et vos ... et fortissimus quisque vir maximos labores suscipiendos putet, ut .. in otio possit esse; leg. agr. II, 9. ut pro mea salute laborem periculumque suscipias; Muren. 76. cum me ... veteres multo ante suscepti et provisi labores cum viro ... clarissimo coniunxissent; dom. 29. labores, quos in hac causa maiores suscipio quam in ceteris; Planc. 3. „o frustra .. mihi suscepti labores!“ Milo 94. ſ. alqd; Verr. V, 128. contentionem; dom. 27. Sest. 96.

laudem: ſ. gloriam.

legationem: „quod spe pacis legationem suscepissem“; Phil. XII, 5.

liberos: susceperas enim liberos non solum

tibi, sed etiam patriae; Verr. III, 161. (liberi) non tantae voluptati erant suscepti quantae nunc sunt restituti; Quir. 2. habet uxorem, suscipiet iam liberos; dom. 34. ut haec simulata adeptio filii quam maxime veritatem illam suscipiendorum liberorum imitata esse videatur; ib. 36. (qui) ipse ex libertini filia susceperit liberos; Phil. III, 17.

locum: vellem aliqui ex vobis robustioribus hunc male dicendi locum suscepisset; Cael. 7.

luctum: hic tot et talium civium squalor, hic luctus, hae sordes susceptae sunt propter unum me; Sest. 145. dolorem alii, nos luctum maeroremque suscepimus; Balb. 61.

maculam: ſ. ignominiam.

maerorem: ſ. luctum; Balb. 61.

maleficium: videamus nunc ecquae facultas suscipiendi maleficii fuerit; Sex. Rosc. 92. qua re intellegatur summam tibi facultatem fuisse maleficii suscipiendi; ib. 94.

mentem: dis ego immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatemque suscepi; Catil. III, 22.

molestiam: ſ difficultatem.

multitudinem: ego, quanta manus est coniuratorum, ... tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video; Catil. IV. 20.

munus: peto a vobis, ut me officii potius quam dicendi studio hanc suscepisse operam ac munus putetis; Balb. 17. cum .. ille ... malit .. tardius ad suorum laborum fructus pervenire quam non explere susceptum rei publicae munus; prov. cons. 35. cum videret ... munus sibi illud pro re publica susceptum vitae finem fore; Phil. IX, 6. ſ. alqd; Verr. III, 7.

negotium: ſ. **negotium,** II, 1. suscipio (9 St.) B. III, S. 285, a.

odium: si qui sunt quibus infinitum sit odium in quos semel susceptum est; Balb. 62. ut (M. Scaurus) nullo suscepto cuiusquam odio ... retineret ... nominis dignitatem; Scaur. c. 1, § 1.

offensionem: ſ. invidiam; Verr. II, 137. — onus: ſ. **onus,** II, 1. suscipio (6 St.) B. III, S. 480, b. — operam: ſ. munus; Balb. 17.

orationem: ego hanc orationem ... non suscepissem; har. resp. 61.

parricidium: agitur de parricidio, quod sine multis causis suscipi non potest; Sex. Rosc. 73. ceteri non videntur ... multa parricidia suscipere posse; Cluent. 32.

partem: ſ. **pars,** II, 1. suscipio (6 St.) B. III. S. 539, b. — patriam: ſ. auctoritatem.

patrocinium: quam ob rem si suscipis domesticae laudis patrocinium; Verr. IV, 81. îdem ... bellicum me cecinisse dicunt, suscipiunt pacis patrocinium; Phil. VII, 3. quod (pacis patrocinium) subito suscepit; ib. XII, 6.

periculum: hoc (periculo) quidem semel suscepto atque contracto perpetienda illa fuerunt; Rab. Post. 25. ſ. contentionem; Sest. 86. laborem; Muren. 76.

personam: inridebatur haec illius reconciliatio et persona viri boni suscepta; Cluent. 101.

poenam: quod is ... poenam nullam suo dignam scelere suscepit; imp. Pomp. 7. ut ... sempiternam poenam sustinerem mea voluntate susceptam; Quir. 1.

profectionem: sin ... illam miseram profectionem vestrae salutis gratia suscepissem; Quir. 1.

proscriptionem: priorem illam (proscriptionem) ... senatus suscipere noluit; Sex. Rosc. 153.

provinciam: qui ... eam provinciam susceperint, ut in balneas contruderentur; Cael. 63.

querimonias: sociorum quaerimoniae ... susceptae ab eo, qui videbatur eorum fortunas ... posse defendere; div. Caec. 67.

rationem: fori iudiciique rationem M. Messala ... suscepit; Sex. Rosc. 149. hoc aditu laudis ... me ... vitae meae rationes ab ineunte aetate susceptae prohibuerunt; imp. Pomp. 1. hunc video mihi principem .. ad suscipiendam ... rationem horum studiorum exstitisse; Arch. 1.

reconciliationem: ſ. personam.

religionem: si suscipere eam (religionem) nolletis; Verr. IV, 114. in religionibus suscipiendis caput esse interpretari quae voluntas deorum .. esse videatur; dom. 107. ut vocabulo ipso et appetita religio externa et Matris magnae nomine suscepta declaretur; har. resp. 24. (C. Pomptinus) religionibus .. susceptis impeditur; Piso 58.

rem: quoniam ... res tota a tribuno plebi suscepta (est) contra rem publicam; leg. agr. III, 35. existimare debetis ... rem nullam maiorem ... a tribuno plebis susceptam ... esse; Rabir. 4. quas (res Laelius) sibi suscepit gloriae causa; Flacc. 13. quas (res) ego ... pro salute rei publicae suscepi atque gessi; Sulla 34.

rem publicam: diligentiam (Cn. Pompei) tota re publica suscepta nimiam nullam putabam; Milo 66. ut rem publicam ... a se susceptam ... possit defendere; Phil. III, 5.

sacra: cum inaudita ac nefaria sacra susceperis; Vatin. 14.

salutem: videbam ... neminem umquam fore qui auderet suscipere contra improbos civis salutem rei publicae; Sest. 49.

scelus: nullum scelus susceptum contra salutem omnium (a me) defendi ac tegi; Sulla 86. ſ. **scelus,** II, 1. suscipio (5 St.) S. 400, a.

severitatem: non iudicis solum severitatem in hoc crimine, sed prope inimici atque accusatoris vim suscipere debes; Verr. IV, 69. nisi esset severitas illa suscepta; Sulla 87. ſ. auctoritatem.

simultates: ut multas me .. simultates ... intellegam ... suscepisse; imp. Pomp. 71. ſ. contentionem; dom. 27.

sordes, squalorem: ſ. luctum; Sest. 145.

turpitudinem: est ... postremum omnium, maximam turpitudinem suscipere vitae cupiditate; Phil. XIII, 49. ſ. alqd; Sulla 51.

vim: quia nulla vis umquam est ... suscepta inter civis non contra rem publicam; Milo 13. ſ. severitatem; Verr. IV, 69.

vituperationem: ſ. crimen; Verr. V, 105.

voluntatem: quod is eandem voluntatem erga Syracusanos suscepisset; Verr. IV, 145. ſ. mentem.

III. **mit doppeltem Accusativ:** qui laudem gloriamque P. Africani tuendam conservandamque suscepit; Verr. IV, 82.

suscito, aufstehen heißen: te, te, inquam, Fanni, ab tuis subselliis contra te testem suscitabo; Qu. Rosc. 37.

suspectus, verdächtig: alqs: cum saepe suspectus Quinctio Naevius fuisset; Quinct. 14. si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter atque offensum viderem; Catil. I, 17.

exercitus: quid est .. cur eis ... M. Bruti sit suspectus exercitus? Phil. X, 17.

nomen: at enim veteranis suspectum nomen est M. Bruti. magisne quam Decimi? Phil. X, 15.

suspendium, Erhängen: perire: ut illa perisse suspendio putaretur; Scaur. 10.

quaerere: ut homines iniuriae tuae remedium morte ac suspendio quaererent; Verr. III, 129.

suspendo, aufhängen, erhängen: I. alqs: CAPUT OBNUBITO, ARBORI INFELICI SUSPENDITO; Rabir. 13.

II. alqm: Centuripinum Dioclem, hominem locupletem, suspendisse se constat; Verr. III, 129. illa est a liberto suspendisse se dicta; Scaur. 11.
hominem: hominem corripi ac suspendi iussit in oleastro quodam; Verr. III, 57.

suspensus, ungewiß, erwartungsvoll, unruhig: animi: cum servitiorum animos in Sicilia suspensos propter bellum Italiae fugitivorum videret; Verr. V, 14. animus aberrat a sententia suspensus curis maioribus; Phil. VII, 1.
civitas: sollicitam mihi civitatem suspicione, suspensam metu tradidistis; leg. agr. I, 23. cum ... coniuratorum .. vis, ... suspensa ac sollicita tota civitate, ... in me impetum faceret; dom. 96.
exspectatio: ne diutius oratione mea suspensa exspectatio vestra teneatur; Cluent. 8.
plebs: nolo suspensam et incertam plebem Romanam obscura spe et caeca exspectatione pendere; leg. agr. II, 66.
Roma: Romam ... cenaculis sublatam atque suspensam ... inridebunt atque contemnent; leg. agr. II, 96.
voltus: timor eius, perturbatio, suspensus incertusque voltus ... quae erant antea suspiciosa, haec aperta ... faciebant; Cluent. 54.

suspicio, aufblicken: quis est tam vaecors qui, .. cum suspexit in caelum, deos esse non sentiat? har. resp. 19.

suspicio, Argwohn, Verdacht: I. Subject: aberrat: attendite num aberret a coniectura suspicio periculi mei; Phil. XII, 23.
abest: longe abest a me regni suspicio; Sulla 26.
adfert: belli .. subita suspicio utrum tibi tandem diligentiam custodiendae provinciae an novam rationem improbissimi quaestus attulit? Verr. V, 15.
cadit: non .. cadit in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio; Sulla 75. multi .. sunt, .. in quos huius maleficii suspicio cadat; har. resp. 37.
cogit: quem id facere dolor et suspicio sua coëgit; Scaur. 31.
consistit: in quo non modo culpa nulla, sed ne suspicio quidem potuit consistere; Sex. Rosc. 152. similis in Bulbo, in Gutta, in aliis non nullis suspicio consistebat; Cluent. 78.
constituit: quem ... pertenuis suspicio potuisset ex illo loco testem in A. Cluentium constituere; Cluent. 168.
convenit: erat porro nemo in quem ea suspicio conveniret; Sex. Rosc. 65.
derogat: quorum virtuti ... fidem et auctoritatem in testimonio cupiditatis atque inimicitiarum suspicio derogavit; Font. 23.
est: cum suspicio nulla sit; Sex. Rosc. 56. cuius rei neque index ... neque suspicio cuiquam esset ulla; Verr. V, 161. si ... hinc ... nulla suspicio pecuniae (est); Cluent. 83. quoniam armorum sespicio nulla est; leg. agr. III, 35. quae (suspicio) tamen solet esse falsa || esse spe falsis ||; Flacc. 6. nusquam nomen, nusquam vestigium fuerat; nullum crimen, nullum indicium, nulla suspicio; Sulla 20. si in paranda familia nulla suspicio est; ib. 55. quae fuit istius rei vel minima suspicio? ib. 60. in crimine ipso nulla suspicio est; Cael. 55. nulla largitionis nec fuit nec esse potuit suspicio; Planc. 49. *quae veneni dati suspicio ... quam levis sit statim apparebit;* Scaur. c. 2, § 2. quae potest ... ulla libidinis aut amoris esse suspicio? ib. c. 4, § 6. quam (suspicionem) etsi spero falsam esse, tamen numquam extenuabo verbis; Marcell. 21. cum esset nulla belli suspiscio; Ligar. 2. consecutus est Dolabella nulla suspicione belli; Phil. XI, 5. unde .. ista suspicio est? ex pacis patrocinio repentino, quod subito suscepit; ib. XII, 6. ſ. IV, 1. alqd.
increpat: simul atque increpuit suspicio tumultus, artes ilico nostrae conticiscunt; Muren. 22.
inhaeret: si tibi ita penitus inhaesisset ista suspicio, nullo ut evelli modo posset; Milo 68.
IV. **nach Adjectiven und Zahlwörtern:** perfacile vero (est) apud istius modi praetorem; Verr. I, 153. Aetnensis vero ager ... et campus Leontinus ... sic erat deformis atque horridus; ib. III, 47. labefactarat ... aratores iam superior annus, proximus vero funditus everterat; ib. praeclaros vero existimas iudices nos habere; ib. 223. Henna autem est loco perexcelso atque edito, ... tota vero ab omni aditu circumcisa atque directa est; ib. IV, 107. decimo vero loco testis exspectatus ... dixit senator populi Romani; Caecin. 28. cum altero vero ... magnus usus (est) et summa ... necessitudo; Cluent. 117. reliquis vero VI et XX tribubus nihil erit quod non putent posse suo iure denegare || iure se denegare ||; leg. agr. II, 21. simile vero est multa committi et condonari omnia; ib. 46. popularis vero tribunus plebis *es*! Rabir. 12. praeclaram vero populo Romano refers gratiam; Catil. I, 28. Mithridaticum vero bellum ... totum ab hoc expressum est; Arch. 28. non saepe unum consulem improbum, duo vero numquam ... fuisse; sen. 9. nego esse ullam domum aliam privato eodem, quo quae optima lege, publico vero omni praecipuo ... iure munitam; har. resp. 14. alter vero ... nomen suum de tabula sustulit; Sest. 72. nullo vero verbo facto ... concitatam nocturnam seditionem quis audivit? ib. 77. maximum vero populi Romani iudicium ... declaratum est; ib. 124. ceteri vero aut ... recreati sunt ... aut omnino involnerati inviolatique vixerunt; ib. 140. leni vero et clementi patri ... filii causa est expeditissima; Cael. 38. impolitae vero res et asperae || acerbae || si erunt relictae; prov. cons. 34. privatus vero ne quis vir ... dimicaret; Balb. 25. peritus vero nostri moris ac iuris nemo umquam ... in aliam se civitatem dicavit; ib. 30. in eius

modi pari lucrum fieri putabat, immortalem vero quaestum, si ..; Piso 27. quis umquam provinciam ... obtinuit qui ..? tantam vero provinciam ..; ib. 38. reliqua vero multitudo ... tota nostra est; Milo 3. maximam vero partem quasi suo iure fortuna sibi vindicat; Marcell. 6. hodierno vero die te ipsum vicisti; ib. 12. alterius vero partis nihil amplius dicam; ib. 17. summam vero necessitudinem magna eius officia in me et in exercitum meum effecerunt; Deiot. 39. in maximis vero rebus, id est legibus, acta Caesaris dissolvi ferendum non puto; Phil. I, 18. optimum vero, quod dictaturae nomen in perpetuum de re publica sustulisti; ib. II, 91. ceteris vero rebus nullo modo comparandus es; ib. 117. praeclara tamen senatus consulta illo ipso die vespertina, provinciarum religiosa sortitio, divina vero opportunitas; ib. III, 24. Cortynium vero iudicem quis novit aut quis nosse potuit? ib. V, 13. quanta vero is moderatione usus sit in illo tempore civitatis, ... quis nostrum oblivisci potest? ib. 38. otioso vero et nihil agenti privato ... quando imperium senatus dedit? ib. XI, 20. tertio vero generi non militum veteranoum, sed importunissimorum hostium cupio quam acerbissimum dolorem inurere; ib. 38. maximum vero eius beneficium numero, quod ..; ib. XIII, 7. acerbissimum vero est; ib. 24. turpem vero actionem, qua defenditur ..! ib. 25. gratae vero nostrae dis immortalibus gratulationes erunt! ib. XIV, 6. Pharsaliae || Pharsalia || vero pugnae ne triumphum quidem egit; ib. 23.

V. **nach adverbiellen Bestimmungen** (vgl. VII): quam ob rem vero se confidat aliquid proficere posse; Verr. a. pr. 10. ad extremum vero ... eius modi litteras ad eos misit; ib. II, 172. in posterum vero lex ... constituitur; leg. agr. II, 59. quotiens vero excidit casu aliquo et elapsa est! Catil. I, 16. multo vero maxima pars eorum, ... immo vero ... genus hoc universum amantissimum est otii; ib. IV, 17. reprehendo igitur? minime vero; Ligar. 20. maxime vero perturbatus est; Deiot. 11. maxime vero consulatum meum Cn. Pompeius probavit; Phil. II, 19. facile vero huic denuntiationi parebit; ib. VI, 4.

VI. **nach Verben:** accipite vero avaritiae prope modum in suo genere non levius (crimen); Verr. I, 86. poterat vero Artemidoro recuperatore (repetere); ib. III, 70. licuisse vero qui (defendes)? ib. 169. ordo est honestus. quis negat? ... est vero honestus, quod eorum hominum fidei tabulae publicae ... committuntur; ib. 183. quod ... reprehendendum fortasse minus, querendum vero magis etiam videtur; Caecin. 6. deiectus vero qui potest esse quisquam, nisi ..? ib. 50. „est vero" inquam „notum quidem signum"; Catil. III, 10. meruisse vero stipendia in eo bello ... virtutis ... fuit; Muren. 12. ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est quam tibi; ib. 66. mirandum vero est homines eos ... libenter adripere facultatem; Flacc. 19. praefuit vero numquam; Sulla 55. recuperata vero sua dignitate se non commissurum, ut ..; Quir. 20. hoc sentire prudentiae est, facere fortitudinis: et sentire vero et facere perfectae cumulataeque virtutis; Sest. 86. dimittendi vero exercitus quam potes adferre causam? Piso 47. quem veretur ut deum, ... amat vero ut sodalem, ut fratrem, ut aequalem; Planc. 29. confirmata vero suspicio est; Scaur. 12. pateat vero hoc perfugium dolori; ib. 40. urgere vero iacentis aut praecipitantis impellere certe est inhumanum; Rab. Post. 2. esset vero timendum, quonam modo id ferret civitas! Milo 77. est vero fortunatus ille; Marcell. 4. cognita vero clementia tua quis non eam victoriam probet ..? Ligar. 19. retentum vero (nomen) et a te confirmatum posteris etiam suis traditurus se esse confidunt; Deiot. 41. metui vero et in odio esse invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum; Phil. I, 33. retinere vero quis poterit clarissimo domino restituto? ib. XIII, 12. est vero eius patris filius; ib. 13. debet vero solvitque praeclare; ib. 25.

VII. **mit Partikeln:** age vero, nunc inserite oculos in curiam; Font. 43. de vi te ipsum habebo iudicem, Aebuti; Caecin. 48. ceteris in rebus quali sit temperantia considerate; imp. Pomp. 40. illa res quantam declarat eiusdem hominis ... auctoritatem! ib. 46. per quem venenum datum? Cluent. 172. vicinorum quantum studium, ... quanta cura est! ib. 197. quae erat aut qualis quaestio? Milo 60.

an: an vero, iudices, vos non intellegetis ..? Sex. Rosc. 152. an vero dubitamus quo ore iste ceteros homines ... solitus sit appellare, qui ..? Verr. I, 127. an vero id recte, ordine, e re publica, sine cuiusquam iniuria factum esse defendis? ib. III, 194. an vero ex hoc illa tua singularis significatur insolentia, superbia contumacia? ib. IV, 89. an vero illa defensio vobis praeclara visa est? Caecin. 31. an vero tempus cum tempore (conferam)? Cluent. 94. an vero inimicum ut expellas? Sulla 90. an vero tam parvi animi videamur esse omnes, ... ut ..? Arch. 30. an vero in iudicio periculi nihil fuit: privilegium pertimui, ne ... nemo intercederet? dom. 58. licueritne ei facere, quod fecit, an vero, non dicam, non licuerit, sed nefas fuerit; Balb. 10. an vero reliquo tempore consulem te quisquam duxit? Piso 26. an vero putas idcirco minus iudices mea causa facturos, quod ..? Planc. 78. an vero ... vestrae peregrinantur aures neque in hoc pervagato .. sermone versantur? Milo 35. s. **an,** A, I. an vero (27 St.) B. I, S. 221. a.

ante: ante vero ... laetitia frui satis est maximae praeclarissimaeque pugnae; Phil. XIV, 1.

antea: antea vero quam ... iudicia sublata sint, ... praetereo; Fr. B, VI, 17.

at: s. **at,** II. at vero (27 St.) B. I, S. 307.

aut: quem tibi aut hominem ... aut vero deum ... auxilio futurum putas? Verr. IV, 78. quem iudicem ex illis aut tacitum testem haberes aut vero etiam excitares? Planc. 43.

dum: dum vero eum fuisse Oppianicum constabit; Cluent. 125.

enim: s. **enim,** B (5 St.) B. II, S. 202, a.

etiam: s. **etiam,** II, 4. vero etiam (14 St.) B. II, S. 242, b.

hic: hic vero tanto dolore adficior; Verr. IV, 83. hic vero haeream; Caecin. 64. hic vero in oculis senatus populique Romani nihil posse existere; leg. agr. II, 90.

iam: s. **iam,** A, III. vero (40 St.) B. II, S. 526, — immo: s. **immo,** B. vero (31 St.) B. II, S. 584. — ita, itane: s. **ita,** II. vero (17 St.) B. II, S. 789, a.

nec, neque: neque vero nunc ideo disputabo, quod ..; leg. agr. III, 4. neque vero quo te liberent aliqua culpa, ... sed ut ..; Planc. 52. s. **nec,** A, II. vero (40 St.) B. III, S. 260, a. — III. sed (4 St.) B. III, S. 261, a. — B, I, 1, e. vero (3 St.) B. III, S. 263, a. — C, **a,** I, 2. vero (9 St.) B. III, S. 270, a.

nisi: s. **nisi,** A, II. vero (17 St.) B. III, S. 309, b.

nunc: nunc vero ... hoc me profiteor suscepisse magnum fortasse onus et mihi periculosissimum || periculosum ||; Verr. a. pr. 35. nunc vero cum loquar apud senatores populi Romani, ... timere non debeo; ib. V, 171. nunc vero ... dubitabi-

tis ... exteris nationibus et gentibus ostendere ..? Font. 35. tum (spes erat posita) in nostris, nunc vero in illorum testibus; Caecin. 3. nunc vero ... quae res est quae cuiusquam animum ... dubium facere possit? imp. Pomp. 27. testes nunc vero iam omnes orae atque omnes exterae gentes ac nationes (sunt); ib. 31. nunc vero ... nonne acerrime ... huic legi ... resistetis? leg. agr. II, 85. nunc vero ... optemus potius ut eat in exsilium quam queramur; Catil. II, 16. nunc vero cum me in iudicium populi nemo omnium vocarit, ... quid est qua re quisquam mihi se ... anteponat? dom. 88. quod vobis iste ... olim furunculus, nunc vero etiam rapax ... esse videtur || videatur ||; Piso 66. ſ. **nunc,** II. vero (27 St.) B. III, S. 402, a.

nuper: nuper vero cum M. Antonius ... attulisset, ... qui locus ... fuit! Milo 40.

postea: postea vero quam intellexerunt isti virum fortem ... Q. Arrium, non succedere, statuerunt; Verr. IV, 42. pervolgata || promulgata || atque in manibus iactata ... inanissima prudentiae reperta sunt; Muren. 26. quis P. Sullam nisi maerentem ... vidit? Sulla 74. cum || postea vero quam || ... lucem ... dispicere coepistis, ... tantus vester consensus de salute mea fuit; sen. 5. quam se totum Pompeius Caesari tradidit, quid ego ... conarer? Phil. II, 23. quam legio Martia ducem praestantissimum vidit, nihil egit aliud nisi ..; ib. V, 23.

quam: quam vero facile falsas rationes inferre ... soleant ... cognoscite; Flacc. 20.

quasi: quasi vero non intellegamus ab invito emere iniuriosum esse; leg. agr. I, 14. ſ. **quasi,** B. vero (33 St.) S. 40, a.

quod: quod vero apud vos ipsos in honore tanto sunt; Sex. Rosc. 120. totam Italiam vestris coloniis || colonis || complere voluistis; leg. agr. I, 17. non cruentum mucronem ... extulit, ... quanto tandem illum maerore esse adflictum ... putatis? Catil. II, 2. te ... huic quaestioni praeesse maxime voluit; Milo 22. in illo loco ... sedet, satis declarat; ib. 71. dicere ausus es, ... in eo ... errasti; Phil. II, 23. ita avocatur a Mutina, ... quam habet ignominiam? ib. VI, 6.

sed: o praeclarum imperatorem nec iam cum M'. Aquilio ..., sed vero cum Paulis, Scipionibus, Mariis conferendum! Verr. V, 14. sed vero sic agitur; Cluent. 18. sed vero isti ... quem ad modum ceteras (leges) observarunt? dom. 71.

si: si vero non ulla tibi facta est iniuria; div. Caec. 60 illud quoque accedet; Verr. II, 31. si vero ... recessisset, eo minus dubitaretis; Caecin. 46. ne habeas quidem servum praeter eum; ib. 55. ad humanos casus ... sceleris etiam accedit insidiarumque consensio; Marcell. 23. tum fuit aedilis; Phil. VIII, 24. coloniarum et municipiorum sine ulla dubitatione hostis est; ib. XIV, 9.

sic: sic vero erant disposita praesidia; Phil. V, 9.

tum: tum vero in isto bello non recreatus neque restitutus, sed subactus oppressusque populus Romanus est; Sex. Rosc. 137. tum vero optimo et nobilissimo cuique meam orationem gratissimam esse oportet; ib. 142. tum vero non strepitu, sed maximo clamore suam populus Romanus significat voluntatem; Verr. a. pr. 45. tum vero quod pronuntiatum est, non per Neronem iudicatum, sed per Dolabellam ereptum existimabatur; Verr. I, 75. tum vero in magistratu contra illud ipsum edictum suum sine ulla religione decernebat; ib. 119. tum vero sine metu, sine cura omnes erant; ib. II, 70. quae res cum ad pactiones iniquissimas magnam vim habuit, ... tum vero ad calumnias; ib. III, 38. quod cum magnitudine pecuniae tum iniuriae genere quemvis debet commovere, tum vero eo magis; ib. 188. tum vero omnibus indignissimum visum est; ib. V, 107. postremo ipse ... in re militari cum summi consilii et maximi animi tum vero usu quoque bellorum gerendorum ... exercitatus; Font. 41. tum vero illa egregia et praeclara mater palam exsultare ... coepit; Cluent. 14. ac tum ... crimen hoc cum testibus multis tum vero indicio Avillii comprobabatur; ib. 39. tum vero ita sum perturbatus; ib. 51. tum vero illa iudicia senatoria ... defensioni locum nullum reliquissent; ib. 61. cum haec sunt videnda tum vero illud est hominis magni .. atque sapientis; ib. 159. tum vero .. me inertiorem consulem iudicabo quam illos fortissimos viros; leg. agr. I, 3. quorum cum adventus gravis, ... tum vero iudicium ac potestas erit non ferenda; ib. 9. quae cum omnibus est difficilis et magna ratio, tum vero mihi praeter ceteros; ib. II, 5. me cum amicitiae vetustas ... ad C. Rabirium defendendum est adhortata, tum vero ... salus rei publicae, consulare officium, consulatus denique ipse ... coëgit; Rabir. 2. id .. cum coniectura consequi possumus, ... tum vero ita praesentes his temporibus opem ... nobis tulerunt; Catil. III, 18. tum vero ... lumina civitatis exstincta sunt; ib. 24. cui non haec templa, aspectus urbis, ... et [hoc] commune patriae solum cum sit carum tum vero dulce atque iucundum; ib. IV, 16. ei quoque carmen compositum est, cum ceteris rebus absurdum tum vero in illo; Muren. 26. quae (voluntas) cum per se valet multitudine ... tum vero ... multum etiam ... auctoritatis habet suffragatio militaris; ib. 38. tum vero in his L. Murenae tantis ... periculis ita sum animo adfectus; ib. 55. quem P. Servilius, vir cum clarissimus tum vero optimus ..., revocavit; sen. 25. tum vero neque illud meum factum laudabile nec beneficium ullum a me in rem publicam profectum dicerem; dom. 97. magna vis est cum in deorum immortalium numine tum vero in ipsa re publica; ib. 141. tum vero elatus *est* spe, posse se ... adfligere; har. resp. 49. reliquas illius anni pestis recordamini: ... legum multitudinem, cum earum, quae latae sunt, tum vero quae promulgatae fuerunt; Sest. 55. quod certe ... cum omnibus Metellis tum vero uni viro fortissimo ... gratissimum fratri suo fecit; ib. 131. in quo non exstent huius cum fortitudinis tum vero humanitatis ... impressa vestigia; Balb. 13. tum vero ius omne noster iste magister ... ignorat; ib. 27. tum vero ... ita mihi maxime communione beneficiorum ... contineri || communionem ... continere || videtur; ib. 29. tum vero tanta sum cupiditate incensus ad reditum; Phil. I, 9. cum autem omnis servitus est mirera, tum vero intolerabilis est [servire] impuro; ib. III, 12. tum vero agmine quadrato in aedem Concordiae venit; ib. V, 20. quid est inconstantia, levitate .. cum singulis hominibus tum vero universo senatui turpius? ib. VII, 9. tum vero denique filium meque seduxit; ib. IX, 9. cum factum tuum gratum omnibus debet esse, tum vero oratio; ib. X, 1.

ut: ut vero iam .. nulla dubitatio sit; Caecin. 90. ut vero totam Italiam ... obsidere atque occupare cogitet || cogitent ||, ... cognoscite; leg. agr. II, 75. ut vero iniit magistratum, non dicam quid egit prius, sed quid omnino egit aliud, nisi ut ..? sen. 8. ut vero Pansae consulis accessit cohortatio gravior quam aures Ser. Sulpicii ferre didicissent; Phil. IX, 9.

utinaam: utinam vero semper esset! Planc. 7.

verres, Eber: refero: in labores Herculis

non minus hunc immanissimum verrem, quam illum aprum Erymanthium referri oportere; Verr. IV, 95.

relinquo: qui verrem tam nequam reliquisset; Verr. I, 121.

verrinus, vom Eber: negabant mirandum esse ius tam nequam esse verrinum; Verr. I, 121.

versiculus, kleine Zeile: I. compenso cum: nonne compensabit || compensabat || cum uno versiculo tot mea volumina laudum suarum? Piso 75.

II. armari: quo uno versiculo satis armati semper consules fuerunt etiam nullis armis datis; Milo 70.

referri: audistis quaestoriam rationem tribus versiculis relatam; Verr. I, 98.

tolli: ut singuli cives singulis versiculis e civitate tollantur; dom. 44.

verso, drehen, wenden, umwandeln: alqm: versat se; Verr. I, 133. versabat se in utramque partem; ib. II, 74.

mentem: ad omnem malitiam et fraudem versare suam mentem coepit; Cluent. 70.

naturam: illa vero ... in illo homine mirabilia fuerunt, ... versare suam naturam et regere ad tempus ..; Cael. 13.

orbem: in quo cum suum || cum || illum saltatorium versaret orbem; Piso 22. qui (orbis rei publicae) quoniam versatur; Planc. 93.

versor, sich aufhalten, befinden, bewegen, beschäftigen, verweilen, verwickelt, im Spiel sein: I. unpersönlich: inter feras satius est aetatem degere quam in hac tanta immanitate versari; Sex. Rosc. 150. quidvis esse perpeti satius quam in tanta vi atque acerbitate versari; Verr. I, 68.

II. alqs: ut inter suos ... puerulos ... velit hos versari, homines paene operarios; Sex. Rosc. 120. saepe in isdem, saepe in contrariis causis versati sumus; div. Caec. 44. quod in publicanorum causis vel plurimum aetatis meae versor; Verr. II, 181. in hoc genere nunc, iudices, versor; ib. III, 100. ne quis forte me in crimine obscuro versari ... arbitretur; ib. IV, 67. nobiscum versari iam diutius non potes; Catil. I, 10. annos iam triginta in foro versari; Flacc. 70. ille alter Caesonius Calventius ab adulescentia versatus est in foro; sen. 13. si essetis versareminique nobiscum; har. resp. 25. quod iam diu minus in foro nobiscumque versatur; Cael. 3. tot igitur annos versatus in foro sine suspicione ... studuit Catilinae iterum petenti; ib. 11. sicut mihi tota in hac causa versatus ante oculos *es;* Scaur. 49. isdem rebus est parturbatus homo ..., quibus nos in media re publica nati semperque versati; Deiot. 10. cum inter media hostium tela versaretur; Phil. XIV, 36. versabatur inter hos Gallius unguentis oblitus, redimitus coronis; Fr. B, IX, 1. ſ. **in,** B. versor (76 St.) B. II, S. 655.

alqd: multa simul ante oculos versabantur; Sex. Rosc. 24. versantur ante oculos omnia; Verr. IV, 110. num quid aliud in illis iudiciis versatum est praeter hasce insidias? Cluent. 62. ut aut nihil habeat suspicionis aut ... id intra parietes in domestico scelere versetur; ib. 175. ea et mihi ante oculos versantur et vos videre et perspicere potestis; Muren. 88.

adulteri, aleatores: in his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri impudicique versantur; Catil. II, 23.

armati: cum inter subsellia nostra versentur armati; Phil. II, 19.

aspectus: versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi et furor in vestra caede bacchantis; Catil. IV, 11.

audacia: etiam intra muros Antonii scelus audaciamque versari; Phil. III, 13.

auxilia: omnia sua iura, commoda, auxilia, totam denique libertatem in vestris sententiis versari arbitrantur; Verr. V, 172.

babari: nec tamen ... in consilio regis versabantur barbari armati; Phil III, 9.

bellum: in quibus (terris) bellum acerbum diuturnumque versatum est; Verr. III, 47. aut quod bellum tam diuturnum, tam calamitosum te praetore versatum est, ut ..? ib. 124. quae (bella) in his fere locis navali copia gesta atque versata sunt; ib. IV, 103. Mithridaticum vero bellum, magnum atque difficile et in multa varietate terra marique versatum, totum ab hoc expressum est; Arch. 21.

bracati: sic existimatis eos his sagatos bracatosque versari? Font. 33.

caedes: cum illae infestae ac funestae faces universumque totius urbis incendium, cum tela, cum caedes, cum civium cruor, cum cinis patriae versari ante oculos ... coeperat; Sulla 19.

causa: cum ista causa in ista meditatione versatur; Cluent. 82. quod si ullo tempore magna causa in sacerdotum ... iudicio ac potestate versata est; dom. 1. in tenebris quam in luce causam versari maluisti; Planc. 42. quanta (causa) nulla umquam in disceptatione versata est; Deiot. 5.

cinis: ſ. caedes.

cogitationes: versantur enim ... in animo meo multae et graves cogitationes; leg. agr. II, 5.

coloni: an Minturnenses coloni ... aeterna in laude versantur ..? Planc. 26.

commoda: ſ. auxilia.

consilia: in quo conligendo et reficiendo salute communi omnia reperientur P. Sestii facta, dicta, consilia versata; Sest. 15.

consules: consules epulabantur et in coniuratorum gratulatione versabantur; dom. 62.

contentio: largitionis voluntas tum in re publica versata est et partium quaedam contentio; Catil. IV, 13.

copiae: cum bis in ea provincia magnae fugitivorum copiae versatae sunt; Verr. III, 125.

crimen: crimen quod versetur in iudicio requirat; Cael. 1.

crudelitas: quae (crudelitas) hoc tempore in re publica versata est; Sex. Rosc. 150. hanc (crudelitatem) pati nolite diutius in hac re publica versari; ib. 154.

cruor: ſ. caedes.

delectatio: in omni parte corporis semper oportere aliquod gaudium delectationemque versari; sen. 14.

deus: ut deus aliqui ... versetur in terris; har. resp. 62.

dicta: ſ. consilia.

dignitas: numquam tibi populi Romani absentis dignitas, numquam species ipsa huiusce multitudinis in oculis animoque versata est? Verr. V, 144. quae (dignitas) in iudiciis publicis versari debet; Cluent. 107.

dominatio: quae quidem dominatio, iudices, in aliis rebus antea versabatur; Sex. Rosc. 140.

error: ante hoc tempus error in hac causa atque invidia versata est; Cluent. 8. versatur enim || adversatur enim mihi || magnus error; leg. agr. II, 7.

exercitus: ſ. alqs; Phil. VIII, 6.

exitum: non mihi mors, non exitium || exsilium || ob oculos versabatur? Sest 47.

exspectatio: quae (exspectatio) versari in iudiciis solet; Flacc. 21.

faces: ſ. caedes. — facta: ſ. consilia.
facultas: gratiam et facultatem commendandi in hac civitate versari; Balb. 43.
ferrum: in qua civitate ... vis et ferrum in foro versaretur; Quir. 14. quorum vidisti toto illo anno ferrum in foro, flammam in delubris, vim in tota urbe versari; Planc. 71.
fides: haec fides atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro versatur, ... cohaeret; imp. Pomp. 19.
filius: inter eius modi viros et mulieres adulta aetate filius versabatur; Verr. V, 30.
flagitia: in qua (domo) semper meretricum lenonumque || lenonum || flagitia versantur; Verr. IV, 83. in qua (domo) lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia ac flagitia versentur; Cael. 57.
flamma: ſ. ferrum; Planc. 71.
furor: ego magnum in re publica versari furorem ... videbam; Catil. IV, 6. versabitur in rostris || in castris || furor; Muren. 85. ſ. aspectus
gaudium: ſ. delectatio.
gloria: quoniam omnibus in terris et iam versatur et semper habitabit nominis mei gloria; Milo 98.
gratia: ſ. facultas.
homo: quod M. Iunius ... homo .. in hac (causa) multum ac saepe versatus ... abest; Quinct. 3. qui homo? ... vetus videlicet sicarius, homo audax et saepe in caede versatus? Sex. Rosc. 39. haerere homo, versari, rubere; Verr. II, 187. qui (homines) tum versati sunt in re publica; ib. III, 210. quibus hominibus ... in foro, in suffragiis, in hac urbe, in re publica versari liceret; ib. V, 152. homo impurissimus statim coepit in eius modi mente et cogitatione versari; Cluent. 69. haec .. conatum esse hominem a pueritia ... in omni flagitio, stupro, caede versatum; Sulla 70. C. Mevulanum ... Capua .. eiecit, hominem perditum et non obscure ... in illa coniuratione versatum; Sest. 9. res erat cum L. Saturnino, ... vigilante homine et in causa populari ... populariter abstinenterque versato; ib. 37. ab eodem homine in stupris ... versato vetus illa magistra pudoris ... sublata est; Piso 9. quo in fundo ... facile hominum mille versabantur valentium; Milo 53. ſ. alqs; Sex Rosc. 120.
hostis: quod intra moenia nefarius hostis praedoque versatus est; sen. 11.
immanitas: quae pestis, quae immanitas in nostra || in vestra || ... provincia versata sit; Verr. III, 64. quae (immanitas) in isdem locis versata esse dicitur; ib. V, 145.
imperator: difficile est in Asia, Cilicia, Syria regnisque interiorum nationum ita versari nostrum imperatorem; imp. Pomp. 64. cum imperator in bello versetur; leg. agr. II, 52.
improbitas: quod eius improbitatem versari in re publica nollet; Cluent. 85.
impudentia: an ... impudentiam summam ... putabimus in verborum errore versari? Caecin. 50.
impudici, impuri: ſ. adulteri.
incendium: ſ. caedes.
indignitas: versatur mihi ante oculos indignitas calamitatis; Verr. V, 123.
ingenia: quae (ingenia) antea versabantur in salute ex auxilio ferendo; Quinct. 33.
iniuriae: quae (iniuriae) tantum modo in furtis istius et damnis eorum ... versatae esse videantur; Verr. IV, 38.
invidia: paucis postea mensibus alia vehemens erat ... invidia versata; Cluent. 130. ſ. error; Cluent. 8.
iura: ſ. auxilia.
iuventus: quamquam languet iuventus nec perinde atque debebat in laudis et gloriae cupiditate versatur; Piso 82.
labor: meus labor in privatorum periculis caste integreque versatus ... fructum est amplissimum consecutus; imp. Pomp. 2.
latrones: cum inter subsellia senatus versarentur latrones; Phil. V, 18.
libertas: ſ. auxilia. – libidines: ſ. flagitia.
locus: cui non locus ipse mutus ille ... cum grata recordatione in mente versetur; Planc. 81.
luctus: ut acerbissimus tota urbe luctus versari videretur; Verr. IV, 110.
lustra, luxuries: ſ. flagitia.
magistratus: quorum (magistratuum) uterque in pecunia maxima tractanda procurandaque versatus est; Font. 5.
mancipes: ne illam quidem tibi defensionem reliquam fecisti, mancipes in istis rebus esse versatos; Verr. III, 175.
mentio: pecuniae quandam mentionem inter iudices esse versatam; Cluent. 73. versatam esse in iudicio mentionem pecuniae sentiebant; ib. 78.
monstrum: ſ. alqs; Verr. V, 145.
mors: mors ob oculos saepe versata est; Rab. Post. 39. ſ. exitium.
natura: necesse est in simili audacia perfidiaque versetur (natura); Verr. I, 40.
navis: si (navis) in praedonum pugna versaretur; Verr. V, 89.
nequitia: istius nequitiam [et iniquitatem tum] in ore volgi atque in communibus proverbiis esse versatam; Verr. I, 121.
nomen: quod (nomen) non modo inter sociorum iura || arma ||, sed etiam inter hostium tela incolume versetur; Verr. I, 85.
nox: versatur ante oculos luctuosa nox meis omnibus; Rab. Post. 47.
odium: ut in communi odio paene aequaliter versaretur odium meum; Milo 78.
pars: earum (partium) unam in reprehensione vitae, alteram in contentione vitae, tertiam in criminibus ambitus esse versatam; Muren. 11.
pecunia: versatam esse in iudicio pecuniam constat; Cluent. 31.
persona: in quibus (criminibus) una atque eadem persona versatur; Cael. 30.
pestis: ſ. immanitas; Verr. III, 64.
poena: ut neque timeant qui nihil commiserint et poenam semper ante oculos versari putent qui peccarint; Milo 61.
praedo: ſ. hostis.
pudor: qui (pudor) in magistratuum conviviis versari solet || soleat ||; Verr. V, 28.
quaestura: ſ. alqs; Verr. V, 35.
ratio: ſ. fides.
res: ea res nunc enim in discrimine versatur; Quinct. 92. in pluribus provinciis eius versata res est; Rab. Post. 4.
reus: ecquis umquam reus, praesertim in hac vitae ratione versatus, ... sic accusatus est, ut ..? Font. 37.
sagati: ſ. bracati. — scelus: ſ. audacia.
scribae: qui (scribae) nobiscum in rationibus monumentisque publicis versantur; dom. 74.
scorta: scorta inter matres familias versabantur; Phil. II, 105.
seditio: quia nulla in iudicio seditio neque vis nec turba versata est; Cluent. 103.
senatus: ut senatum ... in tanta infamia versari velis; Rab. Post. 7.
sica: non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur; Catil. II, 1.
similitudo: ut ei Lampsaceni periculi similitudo versaretur ante oculos; Verr. V, 94.

spes: s. dignitas. — tela: s. cruor.
terror: cum tui nominis terror in auribus animisque aratorum versaretur; Verr. III, 131.
turba: s. seditio.
vir: potest quisquam vir in rebus magnis cum invidia versatus satis graviter ... respondere? har. resp. 17.
vis: vis in foro versata est; Sest. 77. s. ferrum. seditio.
vita: tota vita in eius modi ratione versata aperiebatur; Cluent. 101.
vitia: s. flagitia. — voluntas: s. contentio.

versura, Anleihe: I. absolut: nulli sumptus, nulla iactura, nulla versura; Cael. 38.
II. facio: s. **facio,** III. versuram (4 St.) B. II, S. 309, b.
III. conficere: duae rationes conficiendae pecuniae, aut versura aut tributo; Flacc. 20.

versus, nach — hin: Helorum versus, ut ipse Cleomenes, ita ceteri navigabant; Verr. V, 90. — circumque eam statuam locum ludis gladiatoribusque liberos posterosque eius quoquo versus pedes quinque habere; Phil. IX, 16. utique locum sepulcro in campo Esquilino C. Pansa consul ... pedes xxx quoquo versus adsignet; ib. 17.

versus, Zeile, Vers: I. nocet: non illa tibi .. invidia nocuit, sed versus tui; Piso 72. si versus mihi nocuerit; ib. 74.
offendit: quem is versus offenderit; Piso 74.
pertinet: omitto nihil istum versum pertinuisse ad illum; Piso 75.
ohne Verb: ipse enim mansuetus, versus immanis; Deiot. 25. quid enim gladiatoribus clamores innumerabilium civium? quid populi versus? Phil. I, 36.
II, 1. attendo: ut, cum lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet; Rab. Post. 14.
dico: de Domitio dixit versum Graecum; Deiot. 25.
facio: quod M. Cicero versum fecerit; Piso 72.
percelebro: [de qua muliere plurimi versus ... tota Sicilia percelebrantur]; Verr. V, 81.
scribo: de qua muliere versus plurimi supra tribunal et supra praetoris caput scribebantur; Verr. III, 77.
2. appono ad: qui non notam apponas ad malum versum, sed poëtam armis persequare; Piso 73.
percipio ex: si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi quam ex Latinis; Arch. 28.
respondeo de: nec vero tibi de versibus plura respondebo; Phil. II, 20.
III. numerus: quotiens ego hunc vidi ... magnum numerum optimorum versuum ... dicere ex tempore! Arch. 18.
IV, 1. attingere: quas res ... gessimus, attigit hic versibus atque inchoavit; Arch. 25.
exprimere: ut omnis hominis libidines ... delicatissimis versibus expresserit; Piso 70.
facere: quod epigramma in eum fecisset, tantum modo alternis versibus longiusculis; Arch. 35. Pompeium inimicum mihi isto versu esse factum; Piso 74.
inchoare: s. attingere.
violare: non fuisse meum ... hunc uno violare versu; Piso 75.
2. in: quid tandem in isto versu reprehendas; Piso 73. cum in singulis versibus populus Romanus ... Bruti memoriam prosequebatur; Phil. X, 8.
propter: in hominis caput ille tam crudelis propter versum fuisset? Piso 76.

versutus, verschlagen, schlau: alqs: dum versuti et callidi velimus esse; Caecin. 55. ne forte isti parum versuti esse videantur; Flacc. 39.
alqd: hos totum si vobis versutius, quam mea consuetudo defendendi fert, videbitur; Caecin. 85.
homo: Roscius est videlicet homo callidus et versutus; Qu. Rosc. 48. versutissimum hominem et in fallendo exercitatissimum; Fr, A. III, 10.
ius: tum vociferantur ex aequo et bono, non ex callido versutoque iure rem iudicari oportere; Caecin. 65.
tristitia: cum eum praeter simulatam versutamque tristitiam nulla res commendaret; sen. 13.

vertex, Spitze, Scheitel: I. erumpo ex: qui ex Aetnae vertice erumpunt; Verr. IV, 106.
II. usque ad: non ab imis unguibus usque ad verticem summum ... ex fraude, fallaciis ... constare totus videtur? Qu. Rosc. 20.

verto, drehen, wenden, wechseln, sich bewegen, befinden: I. annus: apparuisse numen deorum intra finem anni vertentis; Phil. XIII, 22.
II. alqm: quo se verteret nesciebat; Verr. II, 73. quo me igitur vertam? ib. III, 166. quonam se verteret; ib. 198. quo me vertam? ib. V, 2. quo me vertam nescio; Cluent. 4. Ligar. 1. quo se miser vertet? Muren. 88. vertes te ad alteram scholam; Piso 60. quo me vertam, iudices, aut quid agam? Scaur. 19. quo se verteret non habebat; Phil. II, 62. 74. non metuo, .. ne ... refellendi mei causa ... vertat se et senatui pareat; ib. VI, 9.
alqd: quoniam .. vides versa esse omnia; Sex. Rosc. 61. videte nunc quam versa et mutata in peiorem partem sint omnia; ib. 103. omnia in unius potestate ac moderatione vertentur; Verr. a. pr. 20.
crimen: non in supplicio crimen meum vertitur; Verr. V, 133.
locum: QUI EXSILII CAUSA LOCUM VERTERIT; Quinct. 60.
partem: ex illa pecunia magnam partem ad se vertit; div. Caec. 57.
rationem: vertit hic rationem; Qu. Rosc. 34.
solum: hanc (civitatem) ante amittere non potuissent quam hoc solum civitatis mutatione vertissent; Balb. 28. s. **solum,** II, 1. verto (5 St.) S. 536, a.
stilum: vertit stilum in tabulis suis; Verr. II, 101.

verum, aber, doch, sondern: A. **ohne formellen Gegensatz:** I. **allein:** 1. **Aussage:** verum his de rebus non necesse habeo dicere; Quinct. 13. ita, verum praetor decernebat; ib. 63. mitto aequa, verum ante hoc tempus ne fando quidem audita; ib. 71. pudet dicere; intellego; verum et sero et necquicquam pudet; ib. 79. verum id, quod adhuc est suspiciosum, nisi perspicuum res ipsa fecerit, hunc adfinem culpae iudicatote; Sex. Rosc. 19. verum homines notos sumere odiosum est; ib. 47. verum ... et artificium obliviscatur et studium deponat licebit; ib. 49. verum haec tu quoque intellegis esse nugatoria; ib. 52. verum concedo tibi, ut ea praetereas; ib. 54. verum haec missa facio; ib. 76. verum ego forsitan propter multitudinem patronorum in grege adnumerer; ib. 89. verum ... multa saepe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur; ib. 91. verum ... Erucius, haec si haberet in causa, quae commemoravi, posset ea quamvis

diu dicere; ib. „fateor me sectorem esse, verum et alii multi"; ib. 94. verum ego, quod invitus ac necessario facio neque diu neque diligenter facere possum; ib. 123. verum [ego] hoc quaero; ib. 125. verum quaeso a vobis, iudices; ib. 129. verum longe aliter est; ib. 138. verum haec omnis oratio ... mea est; ib. 143. verum id mihi non sumo, iudices; div. Caec. 16. verum hoc adhuc percommode cadit; Verr. a. pr. 5. verum illud, quod institueram dicere, ... huius modi est; ib. 34. verum, ut opinor, Glaucia primus tulit; Verr. I, 26. verum sit hoc genus aliquod minime probandum; ib. 60. verum quaestores quoque iam pridem venerunt; ib. 99. ut quisquam posset dicere „improbe, verum callide"; ib. 141. verum, ut institui dicere, quinque iudicibus ... datis ... eo die nihil actum est; ib. II, 41. verum ex ista reperietis hereditate istum ita praedatum; ib. 45. verum illud est praeclarum; ib. 47. est magnum argumentum, verum illud maximum; ib. 59. verum accidit, ut Carpinatius ... crebras postea litteras ... mitteret; ib. 172. erant ex eo genere, quod ego maxime genus ... reperire cupiebam, verum tantum inveni; ib. 183. verum haec dicentur alio loco et dicta sunt; ib. III, 10. verum haec, quoniam eius modi casus fuit, ferenda sunt; ib. 60. verum, uti dixi, ratio certa est Aetnensium; ib. 109. ager efficit cum octavo, bene ut agatur, verum, ut omnes di adiuvent, cum decumo; ib. 112. ita est; verum amicitia impeditur; ib. 122. verum hoc, ut opinor, esse vis caput defensionis tuae; ib. 147. verum in hoc errat uno, quod existimat; ib. 157. verum huc longius quam voluntas fuit ab epistula Timarchidi digressa est oratio mea; ib. 163. verum istam ipsam cellam ferre nullo modo possunt; ib. 203. verum hoc vobis remitto; ib. 219. verum haec civitas isti praedoni ac piratae Siciliensi Phaselis fuit; ib. IV, 23. verum haec emisse te dicis; ib. 27. verum hominem amentem hoc fugit; ib. verum negas te horum annorum aliquot confecisse; ib. 36. verum fuit ei concedendum; ib. 56. quae sunt omnia permagna, verum illud maximum; ib. 113. verum illud est quam ob rem haec commemorem, quod existimare hoc vos volo; ib. 135. verum de ista furandi praedandique ratione nihil dico; ib. V, 11. verum haec omnia ... remitto atque concedo; ib. 47. verum hoc erat: si ille ... pirata securi percussus esset, pecuniam illam non haberes; ib. 79. verum habita est a multitudine ratio temporis; ib. 94. verum et tum id feci quod oportuit et nunc faciam quod necesse est; Tull. 5. verum .. illud considerati hominis esse putavit; Caecin. 1. verum ... alterius rei causam vosmet ipsi iam vobis ... sustulistis; ib. 9. videtur temere commissum, verum, ut opinor, hoc fuit causae; ib. 21. verum in his causis non verba veniunt in iudicium; ib. 63. itaque is ... saepe confiteri solet ..., verum illud addit; ib. 92. verum id feci, non quo ... arbitrarer, sed ut ..; ib. 101. multa sunt eius modi; verum ... enumeratio singulorum argumentorum non est necessaria; Cluent. 64. verum omnes intellegimus; ib. 130. verum in eo ipso homines impudentissime mentiuntur; ib. 174. verum inter hos agros ... adiungit regios agros Mithridatis; leg. agr. II, 51. verum arbitrabantur ... non defore qui .. restituerent; ib. 90. habemus enim huiusce modi senatus consultum, verum inclusum in tabulis; Catil. I, 4. verum ego hoc ... certa de causa nondum adducor ut faciam; ib. 5. meo beneficio tabulae novae proferentur, verum auctionariae; ib. II, 18. verum haec Cato nimium nos nostris verbis magna facere demonstrat; Muren. 31. verum erant ea testimonia non concitatae contionis, sed iurati senatus; Flacc. 17. verum haec furiosa vis vaesani tribuni plebis facile superari frangique potuit; dom. 55. impediebantur, verum ea lege, quam idem iste de Macedonia Syriaque tulerat; ib. 70. verum ad istam omnem orationem brevis est defensio; Cael. 9. verum haec genera virtutum ... vix ... reperiuntur; ib. 40. verum ex eo quicquid erat, emersit; ib. 75. verum audis in praesepibus, audis in stupris, audis in cibo et vino; Piso 42. verum, ut intellego, cavebat magis Pompeius quam timebat; Milo 66. uno, verum optimo auctore; Phil. I, 24. verum implicata inscientia impudentia est; ib. II, 81.

2. **Frage:** verum quid ad rem? Sex. Rosc. 92. qui potuerunt ista ipsa lege ... sive Valeria est sive Cornelia, — non enim novi nec scio — verum ista ipsa lege bona Sex. Roscii venire qui potuerunt? ib. 125. verum ubi tandem aut in quibus statuis ista tanta pecunia consumpta est? Verr. II, 142. verum quotiens et quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? ib. 145.

3. **Aufforderung:** a. **Imperativ:** verum, ut ex uno (exemplo) de ceteris coniecturam facere possitis, ... audite; Verr. I, 125. verum, ut totum genus amplectamini iudiciorum, prius iura Siculorum, deinde istius instituta cognoscite; ib. II, 32. verum esto: eripe hereditatem propinquis; ib. 46. verum, quod institui dicere, miserias cognoscite sociorum; ib. 65. verum esto: alio loco de aratorum animo et iniuriis videro; ib. 149. verum esto: reperietur ... arator, qui ..; ib. III, 28. verum esto: manifesta res est || manifesta res erat ||; ib. 135. verum fac te impetravisse, fac aliquid gravius in Heium statuisse Mamertinos; ib. IV, 19. verum esto: sit tibi illud liberum omne tempus; ib. V, 76. verum esto: condemnat Popilium Gellius; Cluent. 132. verum esto: nihil est quod non emi possit; leg. agr. I, 15. verum esto: negotiari libet; Flacc. 71. verum esto: Catonis est dictum ..; ib. 72. verum esto: gloriosus fuisti; ib. 80. verum referte: quod ex senatus consulto facere debetis; har. resp. 14. verum fac me multis debere et in eis Plancio; Planc. 68.

b. **Conjunctiv:** verum ad illam iam veniamus praeclaram praeturam criminaque ea; Verr. I, 103. verum veniat sane; ib. II, 76. verum hoc ... relinquamus; leg. agr. II, 28. verum sit; dom. 51. verum haec ita praetereamus; Sest. 13. verum utatur hac defensione; ib. 135. verum praeterita omittamus; Phil. V, 31.

II. **Verbindungen:** enim vero: verum enim vero cum esset (frumentum) HS binis aut etiam ternis ..., duodenos sestertios exegisti; Verr. III, 194.

fortasse: haec vos antea, iudices, audistis, verum fortasse ita audistis; Verr. III, 49. verum haec fortasse propter pudorem in lege reticentur; leg. agr. II, 37.

ita: verum ita res se habet; Quinct. 2. verum ita palaestritas defendebat; Verr. II, 54. verum ita est, uti dicis; Caecin. 37.

mehercule: verum mehercule hoc, iudices, dicam! Verr. IV, 32.

ne: verum ne nimium multa complectamur, ... hoc ipsum interdictum ... consideremus; Caecin. 55.

non: cur nolint, etiamsi taceant, satis dicunt; verum non tacent; div. Caec. 20. verum non una te, sed universae ... civitates ... persequuntur; Verr. III, 74.

quod: verum quod ego ... dedecus servire me persecuturum esse polliceor, id ne accidat, tu ... potes providere; Verr. a. pr. 51.

quoniam: verum quoniam tibi instat Hortensius, ... non patiar istam manere suspicionem,

Quinct. 34. verum quoniam tu id tibi adrogas ..., concedamus; ib. 56.

si: verum si a Chrysogono ... non impetramus, ... una spes reliqua est; Sex. Rosc. 150. verum si causam cognosci opus est, parumne cognita est? Verr. I, 27. verum, si de pecunia .. planum facere non possem, illud negare posses aut nunc negabis? ib. II, 81. verum si crimen hoc metuebas, ... utrum tandem tibi ad defensionem firmius fore putasti ..? ib. V, 75. verum si quod erit armorum iudicium, tum ista dicito; Caecin. 61. verum, si innocens Falcula, quaero qui sit || quis sit || nocens? Cluent. 113. verum si quis est qui ... putet, est ille quidem valde severus; Cael. 48.

tamen: verum tamen: „quid si" inquit" „habes eius modi causam ..., tamenne vereris, ut possis ... contendere?" Quinct. 78. verum tamen hoc ita est utile; Sex. Rosc. 55. verum tamen quid erat quod Calidius Romae quereretur? Verr. IV, 43. ſ. **tamen,** B. verum (62 St. Verr. a. pr. 35.). S. 695, b.

tum: verum haec tum queremur, si quid de vobis per eum ordinem agetur; Verr. IV, 26. verum alia causa tum Staieni fuit; Cluent. 86.

ut: verum ut haec missa faciam, ... nonne quivis potest intellegere ..? Sex. Rosc. 132. verum ut ad te, Caecili, redeam, quam multa te deficiant vides; div. Caec 52. verum ut || et, al. || vobis dicam id, quod intellexi; Verr. I, 23. verum ut hac ipsa ratione summam mei promissi compleam, ad singula medimna multi HS binos ... cogebantur dare; ib. III, 116. verum ut et istos ego iudices ... non habeam; ib. 143. verum ut ita sit, tamen non potes hoc quasi praeclarum aliquid praedicare; ib. 151. verum ut ad illud sacrarium redeam, signum erat hoc ... Cupidinis e marmore; ib. IV, 5. verum, uti Lilybaeum ... revertamur, Diocles est; ib. 35. verum, ut ad classem ... revertar, accepisti a Mamertinis navem contra leges; ib. V, 59. verum ut esses durissimus, agi quidem usitato iure et cotidiana actione potuit; Tull. 54. verum ut hoc tibi credam, metuisse te; ib. 56.

B. **mit vorhergehender Negation und Concessivpartikel:** minus: hanc habent arcem minus aliquando nunc quidem munitam quam antea, verum tamen si qua reliqua spes est, ... ea tota in hac lege posita est; div. Caec. 18.

neque: neque uti satis firmo praesidio defensus Sex. Roscius, verum uti ne omnino desertus esset; Sex. Rosc. 5. neque ... spectari oportere in quo loco sit facta vis, verum sitne facta; Caecin. 85. neque hoc idcirco postulo, quod te aliquid censeam praeterire oportere ..., verum ut semel una quaque de re dicas; Tull. 6. ut hostium urbis nec omnium hostium, verum eorum, quibuscum acerbum bellum ... suscepimus, ... solemus exscindere || excipere ||; dom. 61. ſ. non.

nihil: qui nihil dum etiam istius modi suspicabantur, verum tamen ea ... providebant; Verr. IV, 9.

non: at vero T. Roscius non unum ... socium fefellit, ... verum novem homines fortissimos; Sex. Rosc. 117. ut non ex illis maleficiis ... hoc intellegatur, verum ex hoc etiam ... convincatur; ib. 118. utar oratione perpetua, non quo iam || non quoniam || hoc sit necesse, verum ut experiar; Verr. I, 24. erant aënea duo praeterea signa, non maxima, verum eximia venustate; ib. IV, 5. ego vero ad meam rationem usumque meum non aestimo, verum tamen a vobis ita arbitror spectari oportere; ib. 13. ecqua civitas est non in provinciis nostris, verum in ultimis nationibus .. tam potens ..? ib. 25. duo pocula non magna (apposuerat), verum tamen cum emblemate; ib. 49. iste omnia, quae requisivit, non ut conservaret, verum ut asportaret, requisivit; ib. 131. si non ad homines, verum ad bestias ... haec conqueri ... vellem; ib. V, 171. ut quivis intellegeret non eos ad rem rusticam, verum ad caedem ac pugnam comparari; Tull. 18. idcirco non satis habitum est quaeri quid familia ipsa fecisset, verum etiam illud; ib. 27. non quo idem sit servolus unus quod familia, verum quia ... quaeritur; Caecin. 58. qui etiam, non vis ut fieret, verum colendi aut pascendi causa esse in agro consuerant; ib. 59. non vos ad arma vocandos *esse, verum* || vocandos mihi esse, sed || ad suffragia cohortandos; Rabir. 35. non quae (lorica) me tegeret ... verum ut omnes boni animadverterent; Muren. 52. ea sunt omnia non a natura, verum a magistro; ib. 61. non ut vobis rem tam perspicuam dicendo probaremus, verum ut ... frangeremus; Balb. 56. id ... non ad perniciem, verum ad salutem interpretamur; Scaur. 30. quam (legem) non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa adripuimus; Milo 10. — non dico novum est, non dico inusitatum, verum omnino inauditum; Caecin. 36. haec tu mandata ... non dico animo ferre, verum auribus accipere (potuisti)? Phil. VIII, 28. neque, non modo (non) — verum: ſ. **modo,** II, 8 (12 St.) B. III, S. 182, a. verum etiam: ſ. **etiam,** II, 4. verum etiam (92 St.) B. II, S. 242, b. — neque, non solum — verum: ſ. **non,** B, II. solum (3 St.) B. III, S. 362, b. verum etiam: ſ. **etiam,** II, 4. verum etiam (98 St.) B. II, S. 243.

quidem: ac pulcherrimum quidem factum (reprehenditur), verum, ut dixi, non meum, sed vestrum; Fr. B, XII, 5. ſ. minus.

verus, wahr, wirklich, begründet, vernünftig, recht, billig: A. **bei Substantiven:** alqs: facile esse perspicuum, quantum inter hunc et illum Numidicum, verum ac germanum Metellum, interesset; Verr. IV, 147.

alqd: continuone verum fuit postulare, ut ..? Quinct. 48. utrum velis, factum esse necne, verum esse an falsum; div. Caec. 45. ut, quod ille dictitat, alicui, qui te ignoret, verum esse videatur; Verr. a. pr. 28. quid, si testimonio L. Metelli ac litteris haec omnia vera esse docebo? ib. III, 123. haec, quae vera sunt, dicam; ib. 158. ea ne vera putentur tibi maxime est providendum; ib. V, 176. *si illum ipsum locum ... tuum fuisse* tamen verum factum esset; Tull. 53. quam verum sit, ... maximam caedem sine fraude facere potuisse; ib. quin illud, quod initio vobis proposui, verissimum sit; Font. 17. cum quaeritur aliquid factum necne sit, verum an falsum proferatur; Caecin. 71. id verum, id aequum, id utile omnibus esse; ib. 81. quod ea omnia ... eidem isti vera esse concedunt; imp. Pomp. 51. id quod est verius; ib. 57. quae vera dicuntur a nobis; Cluent. 70. si hoc verum esse concedis; ib. 114. sin autem, quod subscriptum est, quia verum est, idcirco grave debet esse, hoc quaeramus, verum sit an falsum; ib. 124. negat verum esse adlici benevolentiam cibo; Muren. 74. qui negas esse verum quemquam ulli rei publicae extra ordinem praefici; dom. 21. erat hoc verum; ib. 70. non erat illud quidem verum; Sest. 122. ut mihi iam verum videatur illud esse; Balb. 3. verius nihil est quam quod ... dixit ipse; ib. 5. ne forte ... dubitasse quisquam, verumne an falsum esset videretur; ib. 11. si ista vera sunt; Planc. 45. neque enim mihi probabile neque verum videbatur me ... discere; Scaur. 26. quocumque igitur te

modo *appellari verum est;* ib. 50. ergo illa falsa fuerunt, quae certe vera exstitissent; Milo 64. quae certe vera sunt; ib. 96. ut ... sic hoc verissimum reperiatur; Ligar. 33. si qui forte quod a te mihi obiectum est quaerent sitne verum; Phil. II, 32. declarasti enim verum esse id; ib. X, 1. num ea vera possumus iudicare? ib. XII, 12. si vera essent; Fr. B. IX, 4.

accusatio: me magna pecunia a vera accusatione esse deductum; Verr. I, 17. ipsa illa falsa defensio non minus esse ei perniciosa quam mea vera accusatio debeat; ib. V, 151.

accusator: accusatorem firmum verumque esse oportet; div. Caec. 29. hoc dico, te, si maxime cupias, tamen verum accusatorem esse non posse; ib.

amicitia: vetus est enim lex illa iustae veraeque amicitiae; Planc. 5.

amicus: cum experrecta tandem virtus clarissimi viri .. verum amicum ... requisivit; Piso 27.

archipirata: quod sciret sibi crimini datum iri pecuniam accepisse neque de vero archipirata sumpsisse supplicium; Verr. V, 73.

auguria: o mea frustra semper verissima auguria rerum futurarum! Phil. II, 89.

beneficia: cum ceteri vera beneficia ... dissimulent; Planc. 73.

causa: cum ipse causam illius tumultus neque veram dicere neque falsam confingere audeat; Verr. I, 71. si plus apud populum Romanum auctoritas tua quam ipsius populi Romani salus et vera causa valuisset; imp. Pomp. 53.

chirographa: si vera (chirographa sunt), cur veneunt? Phil. II, 100.

comitia: sint igitur xviri neque veris comitiis ... neque illis ... adumbratis constituti; leg. agr. II, 31.

concursus: qui (concursus) si verus fuit; dom. 11.

coniectura: ne mea coniectura multo sit verior; Cluent. 97.

contentio: estne haec vera contentio? Planc. 48.

contio: quae contio fuit per hos annos, quae quidem esset non conducta, sed vera? Sest. 106.

crimen: cum .. magis invidioso crimine quam vero arcesseretur; Verr. II, 113. tametsi enim verissimum (crimen) esse intellegebam; ib. V, 158. ad quem non modo verum crimen, sed ne ficta quidem suspicio perveniret; ib. 178. ut ad falsum avaritiae [testimonium] verum maleficii crimen adiungat; Flacc. 41. utinam hoc tuum verum crimen esset! Phil. II, 40.

dignitas: homo imperitissime solidae laudis ac verae dignitatis; Vatin. 8.

dux: ut a multis in lautumiis verus ille dux quaereretur; Verr. V, 69.

facultas: ut [illos] lex magis quaedam accusatoria quam vera male dicendi facultas ... dicere aliquid coëgerit; Muren. 11.

gloria: mihi ista licet de me vera cum gloria praedicare; Piso 2. qui sensum verae gloriae ceperit; Phil. V, 49. quid enim stultius quam inutilem potentiam ... anteferre verae, gravi, solidae gloriae? ib. 50. nihil est illi ... vera gloria dulcius; ib.

Graecia: aspiciant hunc florem legatorum laudatorumque Flacci ex vera atque integra Graecia; Flacc. 61.

heredes: vi eiectis veris heredibus; Phil. II, 41.

indices: illum Allobroges, maximarum rerum verissimi indices, ... coarguerunt; Sulla 17.

infamia: infamiam veram effugere non poterat; Cael. 11.

iter: ne ignorans verum iter gloriae gloriosum putes plus te unum posse quam omnis; Phil. I, 33.

admonere: ne non tam prohibere quam admonere videretur; Sex. Rosc. 70. non tam prohibere videretur quam admonere; Tull. 9. cur prohibendo non tam deterrere videretur quam admonere; dom. 127.

adnuere: hoc enim mihi significasse et adnuisse visus est; Verr. III, 213.

adrogare: non vereor ne mihi aliquid .. videar adrogare; Planc. 64.

adsequi: mihi videris, Eruci, ... duas res adsequi velle; Sex. Rosc. 80. videmurne non solum avaritiae crimen effugere, sed etiam .. laudem adsequi? Planc. 89.

aedificare: cui non ad illius poenam carcer aedificatus esse videatur; Sulla 70.

agere: tum causa agi vere videretur; Verr. I, 29. ut videatur tamen res agi et non eripi pupillo; ib. 146. ne omnia cum dolore agere videamur; ib. II, 52. utrum id solum videtur esse actum ..? ib. 67. res agi videretur; ib. III, 31. nonne vobis id egisse videtur, ut ..? ib. IV, 47. cum .. id ei ... neglegentius agi videretur; Cluent. 74. quae mihi quidem ita et acta et scripta videntur esse; Sest. 122. cum ... urbes Italiae festos dies agere adventus mei videbantur; ib. 131. qui ... nihil aliud agere videtur nisi ut ..; Phil. XI, 11. ſ. obtinere.

agnoscere: ut agnoscere videamini qui haec fecerint; imp. Pomp. 37.

alere: ſ. adfligere.

amplecti: quem mihi videtur amplecti res publica tamquam obsidem consulatus mei; Catil. IV, 3. quia nimis amplecti plebem videbatur; Milo 72.

appetere: ſ. adfari.

apponere: ne ... praevaricatorem mihi apposuisse videar; Phil. II, 25.

appropinquare: quod (tempus) mihi quidem magis videtur quam tu umquam arbitratus es appropinquare; Piso 94.

arguere: ne arguere illum rei capitalis viderer; Caecin. 25.

ascendere: quibus tamquam gradibus mihi videor in caelum ascendisse; dom. 75. cuius (gloriae) gradibus etiam in caelum homines viderentur ascendere; Milo 97.

asportare: ſ. abripere.

attribuere: ne aut irato facultas ad dicendum data aut cupido auctoritas attributa esse videatur; Font. 22.

audire: postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi; dom. 121. pueris nobis audisse videor L. Aelium || Laelium || ... nomen Q. Muttonis ... detulisse; Scaur. 23. non ut audire ea ..., sed ut cernere et paene tangere viderentur; ib. 26. sapientiae vocem audire videar; Phil. XIII, 6.

augere: ut non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini; Quir. 6.

cadere: ut tamquam fortis in pugna vir ... cadere videatur; har. resp. 40. in quo aliquid a poëta dictum cadere in tempus nostrum videretur; Sest. 118. nihil est quod in eius modi mulierem non cadere videatur; Cael. 69.

calere: postea quam satis calere res Rubrio visa est; Verr. I, 66.

calumniari: aperte ludificari et calumniari sciens non videatur (videtur); Sex. Rosc. 55.

canere: ut haec ... canere di immortales viderentur; Catil. III, 18.

capere: quo quidem facto tantum te cepisse odium regni videbatur; Phil. II, 91.

cernere: nonne vobis haec, quae audistis, cernere oculis videmini, iudices? Sex. Rosc. 98. ut ea cernere oculis videamini; Cluent. 66. in qua Bruti imago cerni videbatur; Phil. X, 8. ſ. audire; Scaur. 26.

certare: ut ars certare videretur cum copia Verr. IV, 65.

circumscribere: *iam saepius homines videbantur* se clam circumscripsisse isti a consulari Macedonia et Asia; Tull. 15.

clamitare: nonne ipsum caput et supercilia illa ... olere malitiam et clamitare calliditatem videntur? Qu. Rosa. 20.

coarguere: satisne vobis coarguere ... dissolutam Graecorum consuetudinem ... videmur? Flacc. 20.

cogere: res ipsa et periculi magnitudo ... cogere videtur; Quinct. 91.

cogitare: ut magis insectari alterius innocentiam quam de se timide cogitare videatur; Cael. 16. ne ... videar id cogitasse; Milo 47.

cognoscere: satis commode mihi videor eorum consuetudinem ... cognosse; Verr. II, 181.

colere: diligenter observari videmur et coli; Muren. 70.

commemorare: ne haec a me sine causa commemorata esse videantur; Verr. IV, 120.

commendare: quod quasi deorum aliquo dono ... commendati nobis esse videantur; Arch. 18.

committere: nolo in hoc .. consilio tantum flagitii esse commissum videri; Verr. V, 173. ut ... domicilia vestrae sapientiae ... commissa creditaque esse videantur; dom. 1.

commodare: ut haec a virtute donata, cetera a fortuna commodata esse videantur; Marcell. 19.

commovere: eos pertimuisse et eorum minis et terrore commoti esse videremini; Font. 34. hic mihi parumper mentis vestras ... commovere videor; leg. agr. II, 49. ne aut refricare obductam iam rei publicae cicatricem viderer aut aliquid ... commovere; ib. III, 4. si commoveri omnia videbantur; Sest. 64. religiones ... ipsae ... commosse se videntur et ius in illo suum retinuisse; Milo 85. commoveri videtur adulescens; Ligar. 9.

comparare: nimium multa comparare videretur; Verr. IV, 58.

complecti: quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur; Sex. Rosc. 37.

comprobare: homini credidisse, non factum comprobasse videremini; Verr. III, 224.

concedere: ut vix Apronio illi de familiaritate concedere videatur; Verr. II, 108. quod videtur concedendum magistratibus nostris esse; ib. III, 190. prope ut concedendum atque ignoscendum esse videatur; ib. IV, 126. quod eo magis ferre animo aequo et concedere videmur, quia ..; ib. V, 126. ut ista ... crudelitas nemini concessa esse videatur; ib. 150.

condemnare: ne condemnare causam illam ... videretur; Ligar. 27.

conferre: ut mihi quidem videantur di immortales ... contulisse; Marcell. 18.

confidere: quarum altera (pars) mihi niti et magno opere confidere videbatur invidia; Cluent. 1.

confirmare: postea quam iste recreari et confirmari visus est; Verr. V, 178. quo sublato non solum pars aliqua iuris deminuta, sed etiam vis ea ... iudicio confirmata esse videatur; Caecin. 5.

confiteri: qui tum ... tacendo loqui non infitiando confiteri videbantur; Sest. 40. parumne videtur ... cum Dolabella societatem initam confiteri? Phil. XIII, 36.

coniungere: ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo Flavii Flacci ... coniuncta esse videatur; dom. 102.

coniurare: an tibi Pompeiani coniurasse videntur? Sulla 60.

conlaudare: ut proprio senatus consulto Pompeius conlaudatus esse videatur; Phil. XIII, 50.

conligere: ut crimina conlecta in unum reum [te] esse videantur; Verr. II, 147. iam dudum enim mihi nimium tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta conligere videor; ib. 157. ut is ... reliquos aratores conlegisse et recreasse videatur; ib. III, 124.

conlocare: ut haec ipsa aedilitas ... recte conlocata et ... in loco esse posita videatur; Verr. V, 37.

conservare: ut a me ... amicitiarum ratio conservata esse videatur; Cluent. 117. ut huius ... vita ad luctum conservata, mors sepulcro patris privata esse videatur; ib. 201. ut (pecunia) conservata magis quam correpta esse videatur; Balb. 56.

conspirare: ut omnes ... conspirasse videantur; Phil. III, 13.

constare: non ... ex fraude, fallaciis ... constare totus videtur? Qu. Rosc. 20.

constituere: quae (Verria) ... natura .. tua constituta esse videantur; Verr. II, 52. ut non alteros demovisse, sed utrosque constituisse videatur; Sulla 62. quod ... T. Annio devota et constituta ista hostia esse videtur; har. resp. 6. fortunae constitui tenuiorum videbantur; Sest. 103. non gravior L. Cornelio ... constitui lex vitae et condicio videretur; Balb. 18. Metellus ... sanctissimos deos ... constituisse ... videtur in vestro conspectu; Scaur. 46.

constringere: religione videri potius quam veritate fidem esse constrictam || vinctam ||; Balb. 12.

consulere: non tam sibi consuluisse quam invidisse vestrae laudi videretur; Verr. I, 4.

consumere: ut eam pecuniam ... non consumpsisse, sed Flacco dedisse videatur, Flacc. 91.

contemnere: quid, illa, Caecili, contemnendane tibi videntur esse? div. Caec. 35. contemnere etiam signum illud Himerae iam videbatur; Verr. II, 89. quae forsitan nobis levia et contemnenda esse videantur; ib. IV, 132. ne forte *ea* vobis || a vobis, vobis || ... contemnenda esse videantur; imp. Pomp. 20. ne contemnere suos videatur; Piso 67. ne ... vim fortunae stultitia contempsisse videamur; Phil. XIV, 5. ∫. abicere. adfligere.

continere: in quo omnia nefaria contineri mihi atque inesse videantur; Verr. IV, 60. ut eius oratio non defensionem modo videretur criminum continere; Sest. 14. ita mihi (civitas) maxime communione beneficiorum ... contineri || communionem ... continere || videtur; Balb. 29.

conturbare: nescio quid conturbatus esse videris; Phil. II, 36.

convellere: ne acta Dolabellae videar convellere; Phil. II, 83.

convenire: cum multae causae convenisse unum in locum ... videntur; Sex. Rosc. 62. quae vitia videntur in quemvis potius quam in istum convenire; Verr. I, 128. forsitan vix convenire videretur; ib. II, 159. *cum ei centuria Populiana videretur satis commode* posita esse et ad fundum eius convenire; Tull. 16. mihi .. videtur .. hic introitus defensionis adulescentiae M. Caelii maxime convenire; Cael. 3.

corrigere: ut corrigendus potius quam leviter inflectendus esse videare; Muren. 60.

corripere: ∫. conservare; Balb. 56.

corrumpere: STHENIUM LITTERAS PUBLICAS CORRUPISSE VIDERI; Verr. II, 93.

credere: ut nostris testibus plus quam alienigenis credidisse videamini; Font. 49. ∫. committere; dom. 1. comprobare.

cupere: ne id, quod non curas, cupere videare; Phil. XI, 23.

damnare: ut ei ... sine ulla dubitatione a vobis damnati esse videantur; Catil. IV, 5.

dare: ne quod .. scutum dare in iudicio viderentur eis; Tull. 43. quantum mihi beneficium dedisse videmini! sen. 9. ut ... invidiae materiem dedisse videamur; Phil. XI, 21. ∫. attribuere. consumere.

debere: videor enim mihi iam liberius apud vos loqui debere; Verr. II, 11. iam enim mihi videor hoc ... debere dicere; Font. 37. quam longe videtur a carcere ... abesse debere, qui ..? Catil. I, 19. mihi non videretur in hunc id criminosum esse debere; Sulla 36. videbatur omnino mori non debuisse; Arch. 17. nonne vobis videor ... debere ... excidere? prov. cons. 43. ac mihi quidem hoc dignum re publica videtur, hoc deberi ... gloriae, hoc proprium esse vestri officii, hoc satis esse causae; Balb. 5.

decere: etsi minime decere videtur; Phil. XII, 1.

decernere: de re publica quoad rettulistis satis decrevisse videor; Phil. V, 34.

declamare: quae mihi iste visus est ex alia oratione declamare; Sex. Rosc. 82.

declarare: locus ut ipse raptum illum virginis ... declarare videatur; Verr. IV, 107. perspicua admiratione declarari videbatur; Balb. 2.

deesse: ut iudicium potius rei publicae quam ... accusator reo defuisse videatur; Verr. a. pr. 3. vos ne populo Romano deesse videamini providete; Catil. IV, 18. quid .. erat mali quod huic ... deesse videretur? Sulla 91. ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur; Sest. 3.

defendere: neque ... mihi isti Verrem defendere videntur; Verr. II, 27. *ut non* minus diligenter illius existimationem, quam rem M. Tullii viderer defendere; Tull. 3. cum Scamandrum nos defendere videremur; Cluent. 54. ut ... interdum non defendere, sed praevaricari [accusationi] videretur; ib. 58. num tibi ita defendisse videor, ut ..? ib. 143. ne non tam innocentia reus sua quam recordatione meorum temporum defensus esse videatur; Planc. 4. ∫. adiuvare.

deicere: is, qui armis proterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse deiectus? Caecin. 31.

demigrare: quae (mentes) mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem ... demigrasse; Rabir. 30.
deminuere: ſ. confirmare; Caecin. 5.
demonstrare: quae (statuae) hoc demonstrare videantur || videntur || ; Verr. II, 154.
denegare: videbor suffragio meo ... honorem homini amicissimo denegavisse; Phil. XI, 19.
denuntiare: ut oculis et aspectu denuntiare omnibus vim tribuniciam et minitari rei publicae videretur; leg. agr. II, 13.
deposcere: qui autem me deposcere videbantur; sen. 33.
depromere: nonne vobis verba domo patroni depromere videtur? Verr. III, 155.
deserere: ſ. adiuvare.
desiderare: ut ager ipse cultorem desiderare ac lugere dominum videretur; Verr. III, 47.
desperare: ut honorem desperasse (candidatus) videatur; Muren. 43.
deterrere: ſ. admonere; dom. 127.
detrahere: mihi ... de illius .. dignitate detrahere ... videbatur; har. resp. 50. ſ. adfingere. augere.
devovere: ſ constituere; har. resp. 6.
dicere: cum hominem nomino, satis mihi videor dicere; Quinct. 40. satisne ipsa restipulatio dicere tibi videtur ..? Qu. Rosc. 38. metuo ne quid adrogantius apud talis viros videar dicere; Verr. I, 10. pauca mihi videntur esse ... dicenda; ib. II, 2. quamquam haec perditissima defensio est, tamen aliquid dici videretur; ib. 101. magnum videor dicere; ib. IV, 2. mihi videor iam de omnibus rebus eius gestis dixisse; ib. V, 25. qui ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid dicere videntur; Font. 27. primum mihi videtur de genere belli, ... deinde ... esse dicendum; imp. Pomp. 6. ut de imperatore ad id bellum deligendo ... dicendum esse videatur; ib. 27. ut de Q. Catuli auctoritate et sententia dicendum esse videatur; ib. 59. quibus de rebus mihi ... pro vestra prudentia satis dixisse videor; Cluent. 160. equidem mihi iam satis superque dixisse videor; Flacc. 66. de hoc igitur loco sacro potissimum videntur haruspices dicere; har. resp. 14. si ... de me ipso plura dicere videbor; Svst. 31. utrum ... mulier finxisse crimen an gravis ... vir ... testimonium dixisse videatur; Cael. 55. quod mihi de iure subtilius dici videretur; Balb. 2. ne quid adrogantius videar dicere; Phil. XII, 21.
differre: ut distare aliquid aut ex aliqua parte differre videatur; Caecin. 39. quod etiam si verbo differre videbitur; ib. 59.
diffidere: ne ingeniis vestris videar diffidere; Sex. Rosc. 82.
diligere: ut haec insula ab ea non solum diligi, sed etiam incoli .. videatur; Verr. IV, 107. non multi mihi ab uno sic diligi videntur ut hic ab his || ab iis || universis; Cluent. 198.
discedere: si in causa pari discedere inferior videretur; Quinct. 59. quam longe videar ab consuetudine mea ... discedere; Font. 12.
discere: ut ea maiores nostri docuisse illos, non ab illis didicisse videantur; har. resp. 19.
disputare: non vobis videtur cum aliquo declamatore ... disputare? Planc. 83.
dissolvere: severissimum iudicium ... per vos videri esse dissolutum; Tull. 36.
distare: ſ. differre; Caecin. 39.
docere: qui mihi unus ex omnibus civibus videtur re docuisse; Sest. 86. ſ. discere.
donare: ſ. commodare. nasci; har. resp. 6.
dubitare: ne forte ... dubitasse quisquam ... videretur; Balb. 11. ne de vestra sapientia ... dubitare videar; ib. 19.
edicere: ne sine causa videretur edixisse; Phil. III, 24.
effervescere: si cui nimium efferbuisse videtur huius ... ferocitas; Cael. 77.
efficere: quidnam ... effectura (vox) esse videatur; Sest. 10.
efflagitare: ut vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienae petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur; leg. agr. II, 3.
effugere: ſ. adsequi; Planc. 89.
emendare: ut tua mihi conscelerata illa vis non modo non propulsanda, sed etiam † emendanda || invitanda || fuisse videatur; dom. 76.
emergere: quoniam emersisse iam e vadis et scopulos praetervecta videtur oratio mea; Cael. 51.
emittere: ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur; Catil. I, 27.
erigere: ut erigere oculos et vivere videretur; Sest. 68.
eripere: nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse? Sex. Rosc. 71. ut ... eripere potius quam fallere videretur; Verr. II, 134. ſ. agere; Verr. I, 146. opprimere.
esse: quod si tu iudex nullo praesidio fuisse videbere; Quinct. 5. mihi videri ore durissimo esse, qui ..; ib. 77. ut solus dignus videatur esse, qui in scena spectetur; ib. 78. nunc omnibus [inimicis] necesse est castissimus et constantissimus esse videatur; Qu. Rosc. 47. quod haec, quae videtur esse accusatio mea, non potius accusatio quam defensio est existimanda; div. Caec. 5. ut ... ea aeque acerba et indigna videantur esse his qui audient atque illis visa sunt qui senserunt; ib. 38. mihi .. videtur periculum fore ..; ib. 46. ut tu tamenali quid esse videare; ib. 48. tantane vobis inopia videor esse amicorum, ut ..? ib. 50. ut, quod ille dictitat, alicui, qui te ignoret, verum esse videatur; Verr. a. pr. 28. ut ipse consul in hac causa prae me minus etiam, si fieri possit, quam privatus esse videatur; ib. 37. ut haec laus eximiae virtutis ... non solum hominum, verum etiam temporum illorum esse videatur; ib. I, 56. alii etiam frigidiores erant, sed ... ridiculi videbantur esse; ib. 121. quae non postulata, sed in istum crimina viderentur esse; ib. II, 10. ut mihi semper (haec) Scipionis fore videantur itaque dicantur; ib. 87. hoc postulatum de statuis ridiculum esse videatur; ib. 148. qui tibi inimicissimus esse videbitur; ib. 152. ne forte ea ... omnia ita condita fuisse atque ita abdita latuisse videantur; ib. 181. quantulumcumque videbitur esse; ib. 183. ne qua in re asperior aut inhumanior fuisse videare; ib. III, 4. ut isti ... factis dictisque omnibus ... dissimillimus esse ac semper fuisse videar; ib. 5. quae leviora videntur esse; ib. 7. ut magistratibus nostris in obtinendo iure nostro ne contemptissimi ac despicatissimi esse videamur; ib. 98. quae praetoris praeda esse videatur; ib. 99. quae forsitan vobis parvae esse videantur; ib. IV, 47. ne cui forte neglegens nimium fuisse videatur; ib. 60. ut nihil mihi indignius, nihil minus ferendum esse videatur; ib. 83. unum hoc crimen videtur esse; ib. 88. ut posteris [nostris] monumenta religiosa esse videantur; ib. 98. ut in animis eorum insitum atque innatum esse videatur; ib. 106. ne oratio mea aliena ab iudiciorum ratione ... esse videatur; ib. 109. urbs illa non urbs videtur, sed fanum Cereris esse; ib. 111. ut mihi non cives illius civitatis, sed omnes sacerdotes, omnes accolae atque antistites Cereris esse videantur; ib. 124. ut multo appositior ad ferenda quam ad auferenda signa esse videatur; ib. 126. quod hoc genus praedandi,

quam improbum, quam indignum ... esse videatur; ib. V, 22. quae iucunda videntur esse; ib. 35. ut obscura sua cupiditas esse videatur; ib. 126. ut ne adversarii ... meliore loco esse videantur; Tull. 1. vestrum difficilius iudicium, mea facilis defensio fore videbatur; ib. 2. hic mihi isti singulari ingenio videntur esse; ib. 83. ac mihi quidem .. audax praecipue fuisse videtur Aebutius; Caecin. 2. ut natura, non disciplina consultus esse videatur; ib. 78. ut ei beatissimi esse videantur; imp. Pomp. 13. ut eis nomen regale magnum et sanctum esse videatur; ib. 24. ut is ... facilitate infimis par esse videatur; ib. 41. ne aut invisa dis immortalibus oratio nostra aut ingrata esse videatur; ib. 47. an tibi tum imperium hoc esse videbatur, cum ..? ib. 53. ecquam (putatis civitatem) esse locupletem quae istis pacata esse videatur? ib. 67. altera pars ... per mihi brevis et non magnae ... contentionis fore videtur; Cluent. 2. quae mihi ... de communibus invidiae periculis dicenda esse videantur; ib. 8. esse autem subitum divortium, quod solacium malorum omnium fore videbatur; ib. 14. ne haec ipsa nimium multa esse videantur; ib. 41. quod non dignum hoc conventu et silentio, dignum vestris studiis atque auribus esse videatur; ib. 66. utrum esse vobis consilia siccorum an vinolentorum, et utrum cogitata sapientium an optata furiosorum videntur? leg. agr. I, 1. ne vestra ista praeclara lex agraria magis popularis esse videatur; ib. 24. ut tantum maioribus eorum debitum esse videatur; ib. II, 1. in quo esse locus huic voci non videbatur; ib. 6. ut populares esse videantur; ib. 7. quae cum exposuero, si falsa vobis videbuntur esse ..; ib. 16. ut grati ac memores beneficii esse videantur; ib. 21. ut ea qui habeat sine vestris suffragiis, aut rex non ferundus aut privatus furiosus esse videatur; ib. 32. quorum cupiditati nimium angustus orbis terrarum esse videatur; ib. 37. magna enim mihi res non modo ad statuendum, sed etiam ad dicendum videtur esse; ib. 41. ut sibi iam xvir designatus esse videatur; ib. 53. vix iam videtur locus esse qui ..; ib. 59. quibus ad consumendum nihil satis esse videatur; ib. 65. ut esse (coloniae) non oppida, sed propugnacula imperii viderentur; ib. 73. non enim videtur hominis lex esse, sed temporis; ib. III, 5. quod, quae iustissima mihi causa ad hunc defendendum esse visa est, eadem vobis ad absolvendum debet videri; Rabir. 1. virorum bonorum mentes divinae mihi atque aeternae videntur esse; ib. 29. utrum is clemens ac misericors an inhumanissimus et crudelissimus esse videatur? Catil. IV, 12. ne remissione poenae crudeles in patriam quam ne severitate animadversionis nimis vehementes ... fuisse videamur || fuisse videamini ||; ib. 13. nec mihi umquam minus in Q. Pompeio ... virtutis esse visum est quam ..; Muren. 16. ne forte isti parum versuti esse videantur; Flacc. 39. ut inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriae videretur; Sulla 10. quam ob rem qui ex municipiis veniant peregrini tibi esse videantur; ib. 23. adeone vobis alienus a sanitate, adeo oblitus constantiae meae, adeo immemor rerum .. esse videor? ib. 83. grave esse videtur eum ... dicere in iudicio; ib. 84. qui vehemens in alios, qui inexorabilis in ceteros esse visus sum; ib. 87. an vero tam parvi animi videamur esse omnes, ... ut ..? Arch. 30. si solus essem interfectus, mihi turpe, si cum multis, rei publicae funestum fore videbatur; sen. 34. nominis inscriptio tibi num aliud videtur esse ac meorum bonorum direptio? dom. 51. hoc ipsum ... unum et idem videtur esse atque id, quod ..? ib. ut ... non exstinctor coniurationis et sceleris, sed auctor et dux fuisse videar; ib. 101. quae voluntas deorum immortalium esse videatur; ib. 107. num quid esse causae videretur quin id signum curiamque Concordiae dedicaret; ib. 130. non dubito quin ea tela ... leviora atque hebetiora esse videantur; har. resp. 2. id semper populo Romano ... satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est; ib. 12. quorum mihi tanta fuisse sapientia videtur; ib. 18. videbatur ea condicione tam fortis fuisse, ut ..; Sest. 37. quo magis nationis eius esse quam generis videretur; ib. 69. tugurium ut iam videatur esse illa villa; ib. 93. ne mea oratio ... infinita esse videatur; ib. 108. quod tibi commune cum summis viris esse videatur; Vatin. 30. cum hac aliquid adulescentem hominem habuisse rationis num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur? Cael. 50. ut *causa* alterius || alterius causa || sceleris suscipiendi fuisse videatur; ib. 56. ut mihi iam verum videatur illud esse; Balb. 3. ut nemo, nisi qui mecum esset, civium esse in numero videretur; Piso 7. cui nimis videtur senatus ... fuisse crudelis; ib. 17. forsitan hoc ... mirabile auditu esse videatur; ib. 32. an malim te videri nullo pudore fuisse in litteris mittendis; ib. 39. te videri pudentiorem fuisse quam soles; ib. sordidum, inferius etiam est, quam ut Mediolanensi praecone ... dignum esse videatur; ib. 62. quod vobis iste tantum modo improbus, crudelis ... esse videtur || videatur ||; ib. 66. ut illae necessitudinis causae leves esse videantur; Planc. 27. qui mihi in huius periculo reus esse videor; ib. 29. si quid est quod mihi scitum esse videatur; ib. 35. qui .. audierit .. ita neglegens vobis esse videbitur, ut ..; ib. 57. quod meis studiis aptius quam consuetudini iudiciorum esse videatur; ib. 74. *ne* non solvendo fuisse, bona denique reus ne re*tinere vol*uisse, ... *neve haec ipsa ei causa Bostarem veneno necandi fuisse videretur;* Scaur. c. 2, § 4. ut iam nihil esse videatur nisi divinare sapientis || sapientia ||; Rab. Post. 1. quia videbatur indignum esse et [domini] morte ipsa tristius; Milo 59. ut illud fati fuisse videatur, hoc consilii; Marcell. 29. res enim eo spectat, ut ea poena ... non videamini esse contenti; Ligar. 13. quod initium senatus cogendi fore videbatur; Phil. I, 6. homo diserte, ut Mustelae iam esse et Tironi videris || ut Mustelae Tamisio et Tironi Numisio videris ||; ib. II, 8. citius dixerim iactasse se aliquos, ut fuisse in ea societate viderentur; ib. 25. qui magister equitem fuisse tibi viderere; ib. 76. nullus ei ludus videtur esse iucundior quam cruor, quam caedes; ib. IV, 11. ut magis exoptatae Kalendae quam serae esse videantur; ib. V, 1. nomen ipsum legationis ultro missae timoris esse signum videbitur; ib. 26. ne illi brevi tempore nimis multi nobis esse videantur; ib. VII, 18. quod fortasse videatur satis esse, sed in principe civi non est satis; ib. 20. quod honore praemiove dignum esse videatur; ib. VIII, 33. cuius propter nefanda scelera tolerabilis fuisse videtur Catilina; ib. XIII, 22. ∫. debere; Balb. 5. vincere; Planc. 81.

evenire: ut, quaecumque accidant ... incommoda, propter eam causam sceleris istius evenire videantur; Verr. IV, 113.

evomere; ne ... libentius haec in illum evomere videar quam verius; Milo 78.

excellere: quae maxime improbitate excellere videbuntur; Verr. I, 68.

excipere: non mihi videntur honoris causa excipere Pompeium, sed metuere, ne ..; leg. agr. II, 61. nec quicquam illis verbis ... esse exceptum videretur; Balb. 33.

excitare: ut casu (tempestas) excitata esse videatur; Muren. 36.

excurrere: quod ... excurrere ex Africa, imminere [ita] fructuosissimis insulis || in fructuosissimas insulas || populi Romani videbatur; leg. agr. II, 87.

exercere: ne nimium familiariter inimicitias exercere videare; div. Caec. 13.

exire: quae (pecunia) via modo visa est exire ab isto; Verr. II, 57.

exhaurire: aerarium exhauriri videbatur; Sest. 103.

expiare: ut ... scelus imperatoris in poenam exercitus expiatum || expetitum || esse videatur; prov. cons. 5.

expilare: ut expilata provincia, vexati socii ... esse videantur; Verr. V, 179.

explorare: quae quidem omnibus ... prospectare iam exsilium atque explorare fugam domini videbatur; Verr. V, 44.

exprobrare: num tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugia fortunae, num casus bellicos exprobrare aut obicere videor? Verr. V, 132.

exsistere: ut illa flamma divinitus exstitisse videatur; Verr. IV, 69. ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse aut non vindicata esse videatur; Catil. I, 14.

exspectare: quod maxime exspectari videbatur; Verr. a. pr. 45. etiam nunc mihi exspectare videmini, iudices; ib. V, 10.

exsultare: ut exsultare victoria nobilitatis videretur; Sex. Rosc. 16

facere: ecquid tandem tibi videtur senex ille .. minoris facere Eutychum filium? Sex. Rosc. 46. ut ne plane videaris id facere; ib. 54. ut hoc iudicium non de illorum praeda, sed de huius maleficio fieri videretur; ib. 95. ut ea ... contra vosmet ipsos facere videamini; ib. 104. satis fidei et diligentiae meae, ... satis etiam iudici fecisse videar; Qu. Rosc. 14. videor mihi gratum fecisse Siculis; Verr. II, 16. ut haec, quae dixi, gratis facta esse videantur; ib. 61. qui ... tamen id more potius suo quam merito tuo facere viderentur; ib. 155. ne quid horum ... adventu meo factum esse videatur; ib. 161. si per vim multitudinis factum esse videretur; ib. ut nihil malitiose neque consulto fecisse videatur; ib. 164. ut, quae olim ad ornandum templum erant maxime, nunc tantum ad cludendum factae esse videantur; ib. IV, 124. FECISSE VIDERI pronuntiat; ib. V, 14. ne id, quod videntur impudenter fecisse, astute et callide fecerint; Caecin. 4. ut ... de iure civili iudicium fieri videretur; ib. qui ausus est dicere, FECISSE VIDERI eum; ib. 72. satis mihi multa verba fecisse videor; imp. Pomp. 27. nos autem ... satis facere rei publicae videmur; Catil. I, 2. ut nutu Iovis Optimi Maximi factum esse (illud) videatur; ib. III, 21. iudicium fieri videtur; Flacc. 40. ne gratiae causa facere viderentur; Quir. 11. fieri quaedam ad meliorem spem inclinatio visa est; Sest. 67. tum tu ipse de te FECISSE VIDERI pronuntiavisti; Piso 97. ne vobis id ille magna ratione fecisse videatur; Planc. 2. in qua (causa) quaedam hominum ipsorum videtur facienda esse contentio; ib. 5. ut hoc stultissimum [facinus] ... sapienter factum esse videatur; Rab. Post. 24. ne Tubero quod numquam cogitavit facturus fuisse videatur; Ligar. 24. quam ob rem ... mihi videamini ... potestatem nobis ... fecisse dicendi; Phil. III, 13. ne contra senatus consultum fecisse videatur; ib. X, 13. ne quid adrogantius ... facere videatur || videatur facere; ib. XIII, 13.

fallere: ʃ. eripere; Verr. II, 134.

fateri: ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur; Caecin. 27.

ferre: utrum videtur id senatus factum iudicare, an ... moleste graviterque ferre? Cluent. 136. tulisse ut potius iniuriam quam rettulisse [gratiam] videar; Sulla 47. ut aut praestantissimus vir ... repulsam tulisse videatur aut unus quisque nostrum praeteritus; Phil. XI, 19.

fingere: ʃ. dicere; Cael. 55.

flagitare: a quibus etiam tacentibus flagitari videmur; Phil. XIV, 30.

furere: ut sine ulla dubitatione insanire omnibus ac furere videretur; Verr. IV, 39.

gerere: ut peregrinari in aliena civitate, non ... in tua magistratum gerere videare; Rabir. 28. ut ea virtute, non casu gesta esse videantur; Catil. III, 29. ut ea ... casu ... gesta esse videantur; Sulla 83. ʃ. providere; Catil. III, 18.

gignere: ut idem deus urbem hanc gentibus, vos huic urbi genuisse videatur; Phil. XIV, 32.

gloriari: ita enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorum; Flacc. 74. ne nimis gloriari viderer; har. resp. 16.

habere: etiam si quid antea recti aut venusti habere visi essent || visi sint ||; Quinct. 77. quae (navis) ... urbis instar habere inter illos piraticos myoparones videretur; Verr. V, 89. ut sua religio, laudatio, auctoritas aliquid ... momenti || in laudatione auctoritatis aliquid ... et momenti || habuisse videatur; Font. 14. homo mea sententia prudentissimus Caecina ... plus mihi animi quam consilii videtur habuisse; Caecin. 22. utrum tandem hoc capite honos haberi homini an invidia quaeri videtur? leg. agr. II, 60. habere videtur ista res iniquitatem; Catil. IV, 7. ne ab ipso ... concessam videamur habere licentiam fingendi; Muren. 20. quantum quisque animi et facultatis habere videatur; Muren. 44. nullam mihi poenam videtur habere id; Piso 95. nec privatos focos nec publicas leges videtur nec libertatis iura cara habere; Phil. XIII, 1.

hiare: utrum ea (domus) patere an hiare ac poscere aliquid videtur? Verr. III, 8.

hortari: hi subito hortari ad pacem ... non sine causa videbantur; Phil. XII, 2.

iacere: videor mihi iecisse fundamenta defensionis meae; Cael. 5.

ignoscere: ʃ. concedere; Verr. V, 126.

imitari: ut haec simulata adeptio || adoptio, al. || filii quam maxime veritatem illam ... imitata esse videatur; dom. 36.

imminere: qui imminere iam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem; dom. 47. ʃ. excurrere.

immittere: ʃ. emittere.

impedire: NON VIDERI STHENIUM IMPEDIRI EDICTO QUO MINUS EI ROMAE LICERET ESSE; Verr. II, 100.

impendere: multa autem impendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum; Phil. I, 10. ʃ. adesse.

imperare: ut aliquando vere videremur ... imperare; imp. Pomp. 56.

impetrare: ut nescio quid a te impetratum esse videatur; Flacc. 83. ʃ. efflagitare.

implorare: videturne ipsa res publica .. consulis auxilium implorasse? dom. 12.

imponere: ʃ. absterrere.

incidere: in eam fraudem videtur mihi divinitus incidisse; Verr. III, 178. ac mihi quidem ... fatalis quaedam calamitas incidisse videtur et ... occupavisse; Ligar. 17.

incolere: ʃ. diligere; Verr. IV, 107.

incurrere: qui nescio quo pacto mihi videtur praetorius candidatus in consularem ... incurrere;

Muren. 57. ut in eum non invasisse, sed incucurrisse videamur; Sest. 14.

indicare: ut non iam aliis indicari, sed indicare se ipsi viderentur; Catil. III, 13.

inesse: ut in uno omnia maleficia inesse videantur; Verr. II, 82. an ... dubium vobis fuit inesse vis aliqua videretur necne? Caecin. 31. ſ. continere.

inflectere: ſ. corrigere.

inruere: qui (homines) quasi de industria in odium offensionemque populi Romani inruere videantur; Verr. a. pr. 35.

insanire: ſ. furere.

insectari: num obscure videntur prope hasta praeconis insectari Cn. Pompei exercitum? leg. agr. I, 6. ſ. cogitare; Cael. 16.

instare: ea quae videntur instare; Sex. Rosc. 22.

instaurare: ne nova et multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur; Sex. Rosc. 153.

insultare: ſ. exprobrare.

intellegere: ut plane intellegere viderentur ad quam rem parati essent; Tull. 19. visus est mihi primo veterator intellegere praeclare; Caecin. 30.

intercedere: videturne intercessisse appellatio tribunorum non morae sed auxilii causa? Quinct. 65.

intercipere: ſ. efflagitare.

intercludere: ſ. exprobrare.

interesse: ut in eorum consiliis omnibus non modo aures hominum, sed etiam oculi [populi Romani] interesse videantur; Verr. a. pr. 48.

invadere: ſ. incurrere; Sest. 14.

invidere: ne ... invidisse videar Antonio; Phil. XIII, 28. ſ. consulere.

irasci: ut ... etiam mihi videretur irasci; Caecin. 28.

ire: ut a me non eiectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris; Catil. I, 23.

iudicare: ne videretur iudicasse, bona sua ... possessa esse; Quinct. 31. parumne videbatur populus Romanus iudicare ..? Sest. 123. ne a populo iudicatum esse videatur; Planc. 9. mihi vero Cn. Pompeius non modo nihil gravius ... iudicasse, sed etiam statuisse videtur ..; Milo 15. ſ. ferre; Cluent. 136.

labare: cum ei labare M. Antonius videretur; Phil. VI, 10.

labefactare: cum omnia acta illius anni per unum illum labefactari viderentur; Sest. 62.

laedere: ut neque fides huius defensionis relicta neque cuiusquam aut dignitas laesa aut amicitia violata esse videatur; Cluent. 118.

laetari: qua (pace) ... etiam tecta atque agri mihi laetari videntur; leg. agr. II, 9. quae (urbs) quidem mihi laetari videtur; Catil. II, 2. ut ... etiam moenia ipsa viderentur et tecta urbis ac templa laetari; Piso 52.

latere: ut tantum facinus non in aequitate defensionis, sed in una littera latuisse videatur; Caecin. 38. ſ. esse; Verr. II, 181.

latitare: si latitare ac diutius ludificare videatur; Quinct. 54.

laudare: summe haec omnia mihi videntur esse laudanda; div. Caec. 57. ne nostrum consilium ... laudare videamur; Flacc. 87. cum idem supplicium minatur optimis civibus, ... laudare videtur, quasi imitari velit; Phil. III, 18.

levare: ut humanitate vestra levatus potius quam acerbitate violatus esse videatur; Arch. 31.

licere: cum utrumvis licuisse videatur; Verr. III, 167.

loqui: nonne vobis Numa Pompilius videtur loqui? dom. 127. ſ. confiteri; Sest. 40.

ludere: ut aut lusisse in tantis rebus aut profecto nescio quid spectasse videatur; leg. agr. II, 28.

ludificare: ſ. calumniari. latitare.

lugere: nihil est .. tam alienum ab eo ... quam videri coniuratorum poenam mortemque lugere; Sulla 31. ſ. desiderare.

malle: mihi videntur plerique initio multo hoc maluisse; Muren. 29. vide ne alienis exemplis eisque recentibus uti quam et antiquis et domesticis malle videare; Phil. XIII, 15.

manere: manere in instituto meo videor; div. Caec. 5.

meditari: simul atque candidatus accusationem meditari visus est; Muren. 43.

meminisse: ut praeterita meminisse, reliqua sperare videamur; imp. Pomp. 47. quantam (contionem) meminisse non videor; Phil. IV, 1.

mentiri: si .. illud diceres, improbe mentiri viderere; Quinct. 81.

metuere: ſ. excipere; leg. agr. II, 61.

minitari: ſ. denuntiare.

minuere: ne ... minuere amicitiam nostram videatur perpetua dissensio; Phil. X, 2.

mirari: mirari visus est; Sex. Rosc. 60.

moliri: ut velle atque optare aliquid calamitatis filio potius quam id struere et moliri videretur; Cluent. 178.

movere: quod exercitus armatos movet, id advocationem togatorum non videbitur movisse? Caecin. 43.

nasci: ut hoc amplissimum nomen [senatorium] ... ad contumeliam improborum natum esse videatur; Verr. III, 96. qui ad omnia ... bella conficienda divino quodam consilio natus esse videatur; imp. Pomp. 42. nata esse ibi || inibi esse haec || (superbia) ex Campanorum fastidio videtur; leg. agr. I, 20. qui mihi non tibi, sed patriae natus esse *videris* || videare || ; Muren. 83. sic T. Annius ad illam pestem comprimendam ... natus esse videtur et quasi divino munere donatus rei publicae; har. resp. 6.

niti: [ut illo supercilio annus || cincinnatus || ille niti tamquam *vade* videretur]; Sest. 19. ſ. confidere.

nolle: ſ. posse; Catil. III, 22.

nosse: etiam controversum ius nosse et tractare videare; Muren. 28. nosse aliquod eius volnus ... videbantur; Phil. XII, 1.

numerare: qui ... mihi videtur tamen inter viros optimos ... esse numerandus; Font. 38.

obicere: ſ. exprobrare.

obligare: ne obligati esse videantur; Planc. 73.

oblinere: ut non cera, sed caeno obliti esse videantur; Verr. V, 173.

obloqui: quae (exspectatio) mihi obloqui videtur; Cluent. 63.

observare: ſ. colere.

obsignare: ut ... civitates ... Laelio praesenti ... nihil temporis causa scripsisse aut obsignasse videantur; Flacc. 36.

obstare: quoniam .. ei pecuniae vita Sex. Roscii obstare atque officere videatur; Sex. Rosc. 6.

obstrepere: eius modi res ... obstrepi clamore militum videntur || obstrepit clamor militum || ; Marcell. 9.

obtinere: ne summo iure egisse quam ne certum ius || eius, et ius || non obtinuisse videatur; Caecin. 10.

obtrectare: quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse; imp. Pomp. 57.

occupare: num tibi videor in causa Ligarii esse occupatus? Ligar. 30. ſ. insidere; ib. 17.

offerre: neque iste mihi videtur se ad damnationem solum offerre; Verr. I, 8.

officere: ſ. obstare. — olere: ſ. clamitare.

oportere: EOS ITA VIDETUR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE; Quinct. 84.

opprimere: ne eadem mulier ... *et* turpissimum latronem eripuisse et honestissimum adulescentem oppressisse videatur; Cael. 78.

optare: ſ. moliri.

oppugnare: utri oppugnasse videantur; Tull. 55. quia verbis oppugnare aequitatem videbatur; Caecin. 67. ſ. adimere.

ordiri: de quo si paulo altius ordiri ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite; Verr. IV, 105.

osculari: quoniam mihi videris istam scientiam iuris tamquam filiolam osculari tuam; Muren. 23.

ostendere: quae (tempora) simul ac primum aliquid lucis ostendere visa sunt; Phil. IV, 1.

ostentare: creditoribus suis spem ostentare provinciae videretur; Fr. B, XIII, II, 3.

parcere: si minus eius famae parcere videbor; Tull. 3.

patefacere: haec enim mihi ad omnia defensio patefieri videtur; Verr. IV, 8.

patere: ſ. hiare.

pati: ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passurae esse videantur; Catil. II, 20.

percellere: ſ. adfligere.

perdere: videbatur id perdere arator, quod aratro ipse quaesisset; Verr. III, 198. quod id perdere videbatur; ib. 199.

peregrinari: ſ. gerere; Rabir. 28.

permittere: ut quibusdam populis ... permittendum esse videatur; Balb. 22.

permovere: non ut odio permotus esse videar; Catil. I, 16.

perspicere: cum satis iam perspexisse videretur; Verr. IV, 65.

pertimescere: ſ. commovere; Font. 34.

pertinere: vereor ne ad pluris oratio mea pertinere videatur; Sex. Rosc. 94. cum .. ea consuetudo ... ad summam rem publicam pertinere videretur; Tull. 8. quod videretur || videtur || ad summam illius existimationem hoc iudicium pertinere; Caecin. 6. quae mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere; dom. 41. ne ad te hoc crimen pertinere videatur; Phil. II, 36.

pervadere: ut quaedam calamitas pervadere videretur; Verr. I, 44.

pervenire: mihi quidem .. ille pervenisse videtur; Phil. XI, 6.

petere: si forte videbor altius initium rei demonstrandae petisse; Caecin. 10. ut eundem quem optimi ac nobilissimi petere cursum laudis videretur; Cael. 72. ut petere viderer; Planc. 25. ſ. efflagitare.

ponere: ſ. conlocare. convenire; Tull. 16.

poscere: quam (potestatem) cum poscebat, verbo illam poscere videbatur; Verr. a. pr. 44.

posse: quod in hac videor posse facere; Quinct. 35. quod ... aliquo modo posse ferri videtur; Sex. Rosc. 117. qui videbatur eorum fortunas fide diligentiaque sua posse defendere; div. Caec. 67. ut ea (provincia) ... vix .. recreari aliquando posse videatur; Verr. a. pr. 12. nullae sordes videbantur his sententiis adlini posse; ib. 17. qua (statua) vix tuto transiri posse videatur; ib. II, 141. ut ab omnibus ventis invidiae circumflari posse videatur; ib. III, 98. illi quoad videbatur ferri aliquo modo posse contenderunt; ib. 99. nihil addi iam videtur ... ad hanc improbitatem ... posse; et recte nihil videtur; ib. V, 115. videor hoc leviter pro mea auctoritate || hoc certe pro levi mea auctoritate || vobis praecipere posse; Font. 42. quoad videretur salvo capite fieri posse; Caecin. 20. ad dicendum autem in altera videar mihi aliquid reperire posse; ib. 64. qui conlatis signis exercitus regios superare posse videatur; imp. Pomp. 66. videte ut ... illorum orationi ... respondere posse videamur; ib. 68. ceteri non videntur in singulis hominibus multa parricidia suscipere posse; Cluent. 32. nihil posse iam ad hanc improbitatem addi videtur; ib. 35. ut nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur; ib. 111. quod te ista censoria, sive voluntas sive opinio fuit, adiuvare ... posse videatur; ib. 125. praetermitti ab censoribus et neglegi macula iudiciorum posse non videbatur; ib. 130. cui loco respondere vix videor posse; ib. 135. qua illud potuisse ita circumsecari videretur; ib. 180. unum hoc certe videor mihi verissime posse dicere; leg. agr. II, 64. ut (petitiones) vitari posse non viderentur; Catil. I, 15. nullum videri contra me consilium iniri posse; ib. 18. quod vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse; ib. III, 18. quae bellum populo Romano facere posse et non nolle videatur; ib. 22. quos mihi videor facillime posse superare; Sulla 46. quod (volnus) videretur huius vita et natura accipere potuisse; ib. 73. non videri eam || ea || recte posse dedicari; dom. 136. ut (ea) vel a Q. Catulo ... praeclare posse dici viderentur; Sest. 122. ne quis vir clarus ... huic ordini iure irasci posse videatur; prov. cons. 39. quae mihi tum ... vere posse dici viderentur; Balb. 38. cui ne referri quidem gratia posse videatur; Planc. 73. videntur ne vobis posse Caesaris acta servari? Phil. I, 19. Oceanus ... vix videtur tot res ... tam cito absorbere potuisse; ib. II, 67. quae (gloria) vix caelo capi posse videatur; ib. 114. quia non posse fieri videbatur; ib. III, 3. quamquam vix videntur haec posse seiungi; ib. XIII, 6. cuius ne supplicio quidem ullo satiari videtur posse populus Romanus; ib. 21.

possidere: is, ut opinor, praedium, non bona videatur alterius possidere; Quinct. 85.

postulare: non quia res postulare non videretur; Tull. 5. cum ... commoveri soleam vehementius, quam videtur vel usus vel aetas mea postulare; Deiot. 1.

praestare: videatur honorem debitum patri praestitisse; Phil. IX, 12.

praeterire: quod ab Alfeno praeteritum esse videatur; Quinct. 68. praetereunda videntur esse permulta; Verr. IV, 97. ne haec quidem P. Sullae mihi videtur silentio praatereunda esse virtus; Sulla 62.

praetermittere: nihil enim praetermittendum de istius impudentia videtur; Verr. IV, 86. ut ... nihil a me ... praetermissum esse videatur; Sest. 5.

praevaricari: ſ. defendere; Cluent. 58.

privare: ſ. conservare; Cluent. 201.

prodesse: maluit in maximo rei publicae discrimine emori quam minus quam potuisset videri rei publicae profuisse; Phil. IX, 6.

proferre: isti ipsi mihi || ipsi mihi isti || videntur vestri praeceptores et virtutis magistri finis officiorum paulo longius ... protulisse; Muren. 65. cum a me ipso elaborata (haec) proferri viderentur; Cael. 54. ne aut proferre videar ad tempus aut eo genere uti litterarum; Planc. 74.

proficisci: ut ... non ad aedem Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderentur; Verr. IV, 108.

profiteri: ne .. id profiteri videar; Cluent. 51, ſ. fateri.

progredi: cum mihi ipsa Roma ... progred visa est; Piso 52.

prohibere: ſ. admonere; Sex. Rosc. 70. Tull. 9.
prolabi: ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur; Font. 28.
proponere: proponenda ratio videtur esse officii mei; Rabir. 1. quae (causa) videbatur perditis civibus ad invidiam esse proposita; dom. 44.
propulsare: ſ. emendare.
prospectare: ſ. explorare.
providere: ut deorum immortalium nutu atque consilio et gesta et provisa esse videantur; Catil. III, 18. ut ... condicioni omnium civium providisse videamini; Cael. 22.
putare: quas videtur ille peracutas putare; Phil. III, 21.
quadrare: nisi omnia ... in istam quadrare apte viderentur; Cael. 69.
quaerere: ut ... tamen impudentiae suae pudentem exitum quaesisse videatur; Verr. I, 2. satisne vobis magnam pecuniam Venerius homo ... Veneris nomen quaesisse videtur? ib. II, 24. non enim hoc sine causa quaeri videtur; imp. Pomp. 22. ut aliquam mihi bonam gratiam quaesisse videar; ib. 71. ex omnium sententia constitutum est satis videri esse quaesitum; Cluent. 177. satis quaesitum videri; ib. 182. tum utrum fundi facti sint an non, quaerendum esse videtur || videatur ||; Balb. 22. ut ... ab eo ... videatur mihi pernicies esse quaesita; Piso 74. ut in augenda re non avaritiae praedam, sed instrumentum bonitati quaerere videretur; Rab. Post. 3. ſ. habere; leg. agr. II, 60.
recedere: num .. ille lanista omnino iam a gladio recessisse || a gladiatore cessisse, recessisse || videtur? Sex. Rosc. 118.
recipere: homo ... noluit videri ... Rubrium invitus domum suam recepisse; Verr. I, 65.
recitare: utrum vobis consilium tandem praetoris recitari videbatur ... an praedonis improbissimi societas atque comitatus? Verr. V, 54.
recreare: ſ. confirmare; Verr. V, 178. conligere; ib. III, 124.
reddere: ut isti pro praerogativis eam || iam || reddidisse videatur; Verr. a. pr. 26.
redire: non ut redire ex Macedonia nobilis imperator, sed ut mortuus infamis referri videretur; Piso 53. redire ad se videtur; Phil. VIII, 25.
referre: ut (civitas) huic ... parem gratiam referre videatur; Font. 45. ſ. ferre; Sulla 47. redire; Piso 53.
refragari: ne refragari homini amicissimo ... videar; Phil. XI, 20.
refricare: ſ. commovere; leg. agr. III, 4.
refutare: videntur ea esse refutanda; Milo 7.
relevare: ut saepe homines aegri morbo gravi ... primo relevari videntur, ... sic videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura etmetu esse relevati; Catil. I, 31.
relinquere: ne dissolutius || dissolute || relinquere videretur; Caecin. 103. ſ. laedere.
repetere: ne populus Romanus ab isto eas poenas vi repetisse videretur; Verr. V, 163. ſ. ordiri.
reprehendere: ut viderentur ... sua auctoritate iudicia reprehendisse; Cluent. 130.
repudiare: qui si adulescens ... patris imperium timuisse aut a parente repudiatus videretur; Muren. 11.
rescindere: ne tuum iudicium videar rescindere; Verr. V, 20.
residere: quod ... cum horum etiam tectis et sedibus residere aliquod bellum semper videtur; dom. 61. sin scripulus tenuissimus residere aliquis videbitur; har. resp. 11.
respirare: respirare visus est, quod non alius potius diceret; Sex. Rosc. 60. respirasse homines videbantur nondum re, sed spe rei publicae recuperandae; Sest. 72.
respondere: si id, quod oportet, responderis, idem videare respondisse; Muren. 28.
restare: restare tibi videbatur servorum nomen; Sex. Rosc. 79.
restinguere: exortam videtur flammam ... restinxisse; Verr. V, 14.
restituere: ut huius ordinis auctoritas ... rei publicae restituta esse videatur; leg. agr. I, 27. in quam (urbem) videor esse restitutus; dom 146. ut contra rem publicam restituti esse videantur; Phil. X, 22.
retinere: ſ. commovere; Milo 85.
revocare: ipsi di ... idcirco mihi videntur fructum reditus (mei) ... ad suorum sacerdotum potestatem ... revocasse; dom. 143. ne quem in iudicium oratio mea revocare videatur; Fr. B. VI, 17.
scire: plus etiam scire quam sciebat (Panurgus) videbatur; Qu. Rosc. 30.
scribere: ſ. agere; Sest. 120. obsignare.
sentire: ut ... omnes idem de re publica sensuri esse videantur; Sest. 106.
sequi: quid ut secuti esse videamini? Font. 32. ut testem tamen aut tabulas secutus esse videatur; Caecin. 71.
servare: ne ... hic ... ad iudicum crudelitatem videretur esse servatus; Verr. V, 3. qui (homo) mihi videtur quasi quoddam exemplar ... servari; Fr. A. III, 17.
sevocare: ut rursus plebes || plebs || in Aventinum sevocanda esse videatur; Muren. 15.
significare: id significare nutu videtur; Verr. III, 26. ſ. adnuere.
spectare: ut nihil nisi sempiternum spectare videatur; Rabir. 29. ſ. ludere.
sperare: quod sperare mihi videor; Verr. a. pr. 50. sperare videor tantum afuturam esse orationem meam a minima suspicione offensionis tuae; Planc. 8. ſ. meminisse; imp. Pomp. 47.
spoliare: ut pluris hic sociorum urbis quam ille hostium spoliasse videatur; Verr. III, 9.
statuere: ne in hoc scelere ... nimis aliquid severe statuisse videamini; Catil. IV, 13. ſ. iudicare; Milo 15.
struere: ſ. moliri.
sublevare: tot tantaque eius vitia sublevata esse videbuntur; Verr. a. pr. 47.
superare: ut etiam illum ipsum [suo] artificio superasse videatur; Verr. I, 53. me nulla in disputatione ab Accio videri esse superatum; Cluent. 149.
suscipere: itaque mihi videor, iudices, magnam ... rei publicae partem suscepisse; Verr. I, 5. quamquam in hac causa multo pluris partis mihi defensionis quam accusationis suscepisse videor; ib. II, 10.
suspicari: de quibus illi aliquid suspicari viderentur; Sulla 36. quod tamen mihi iam suspicari videntur; har. resp. 46.
sustinere: gravissimam sustinere mihi personam videtur; Piso 71. parum mihi visus es eos ... sustinere; Phil. VIII, 1.
tangere: ſ. audire; Scaur. 26.
tegere: cuius eximia virtus, dignitas et ... fides et continentia tegere videretur improbitatem et legis et actionis tuae; dom. 23.
tenere: ea (lege) non videri populum teneri; Fr. B. VI, 11.
timere: ut ne quis id forte nesciat timere videantur; Cael. 26. ſ. repudiare.
tollere: ſ. eripere; Sex. Rosc. 71.
tradere: ſ. adferre; Verr. V, 187.

trahere: quae (legio) mihi videtur divinitus ab eo deo traxisse nomen; Phil. IV, 5.

tribuere: ut ... haec .. extrema ... non culpae, sed fortunae tribuenda esse videantur; imp. Pomp. 10. quantum cuique libidini tribuendum esse videatur; sen. 15. ne quid tibi auctoritatis a me tributum esse videatur; Vatin. 41.

